

WILLEMII MAMESBURIENSIS DE GESTIS PONTIFICUM ANGLORUM LIBRI QUINQUE

(Prioris libros quatuor edidit SAVILE, *Rerum Anglicarum Scriptores post Bedam principui*, Londini 1596, fol., p. 111; quintum, seu *Vitam Aldhelmi, Scireburnensis episcopi*, WHARTON, *Anglia sacra*, II, 1.)

PROLOGUS LIBRI PRIMI.

Prima sedes episcoporum post christianitatem Anglorum, Cantuariae habita est et habetur. Ea urbs est Angliae, nec adeo magna, nec exiliter parva quæ ei positione terræ, quippe soli affinis maxima überitate, et integro murorum ambitu, licet multoties Martis fortunas experta, cives suos sovet, multorum sanctorum cineribus copiosa, patrociniis gloria, nec fluminis irriguo, nec nemorum opportunitate indiga, præterea, maris ad duodecim miliaria vicinitate, piscium secunda. Gens urbana et rustica, plus quam cæteri Angli, conscientiam adhuc antiquæ nobilitatis spirans, et ad honoriscentiam et hospitium cuiuslibet prior, et ad propulsandas injurias acrior. Ibi prima sedes archiepiscopi habetur, qui est totius Angliae primas et patriarcha. Cæterum ubi fuerit archiepiscopatus, tempore Britonum, cognitio labat, quia vetustas consumpsit nostri sæculi memoriam. De hujus urbis archiepiscopis et ejus suffraganeis dicere successit animo, quidquid nostram attigit memoriam. Nec puto a ratione dissidere, ut qui quondam regum Anglorum gesta perstrinxi, nunc Anglorum pontificum nomina transcurram; ut pollicitam dudum operam, jam tandem, Domino adjuvante, compleam. Quod cum fecero, videbor mihi rem nulli attentatam consummasse, non meo fretus ingenio, sed dignæ cognitionis affectus studio. Quid enim dulcissimam majorum recensere gratiam, ut eorum acta cognoscas,

A quibus acceperis, et rudimenta fidei, et incitationa bene vivendi? Erat certe plenum segnitie et ignominie, nescire saltem nomina principum nostræ provinciæ, cum pertendat alias cognitio nostra ad tractus usque Indiæ, et si quid ultra jacet, quod infinito Oceano patet. His adductus rationibus, et hic et alibi traxi stylum per latebrosissimas historias: quanquam mihi non hic affluat eadem copia scientie, quæ in gestis regum. Siquidem ibi aliquid de chronicis, quæ præ me habebam, mutuatus, veluti e sublimi specula fulgente facula, qua gressum sine errore tenderem, admonebar. Illic autem, pene omni destitutus solatio, crassas ignorantias tenebras palpo, nec ulla lucerna historiæ prævia, semitam dirigo. Aderit tamen, ut spero, lux mentium, ut et integra non vacillet veritas, et instituta conservetur brevitas. Quæ duo, si quis non neglexerit, nec ineptus, nec importunus erit. Itaque propositam in aliis voluminibus seriem dicendi servabo, ut sicut in primo libro gestorum regalium, regnum distinxii ordinem; ita hic per singula volunina, episcopatus provincialium distinguam. Si quid infra promissum fuerit, lector qui ratione factum viderit, veniam prærogabit. Illic igitur primus liber habebit gesta archiepiscoporum Cantuariensium et episcoporum Roffensium, apud quos primum excrevit regnum: cæteri quique suo ordine sequentur.

LIBER PRIMUS.

DE ARCHIEPISCOPIIS DOROBERNENSIBUS.

Cantuariæ sedet primus Augustinus (A. D. 598), Gregorii Magni discipulus, ut vulgo notum est.

Pallium autem et privilegium arciepiscopatus idem Gregorius Augustino ad Londoniam concessit, ut in

primo libro Gestorum regalium, per Kenulfi ostendimus epistolam; quis scilicet ad id tempus aitiorius obscurae urbis notitia Romanos non attigisset. Verumtamen quia primus doctor sedulitate regis, hospitis, et civium charitate captus, Cantuariae incolatum vivens throno annis quindecim [al. sedecim], et mortuus (A. D. 613) tumulo sovit, omnis eo in posterum honor translatus. Ejus merita quanti apud Dominum pensentur, signa praecantur illustris, quae ille non fastidit tot adhuc inculcare sacerulis; Cantiam suam, imo totam Angliam in sui veneratione torpescere non sinens.

Huic successit Laurentius annis quinque; cuius virtutes et cæterorum (de quibus Beda narrans, breviter perstringit omnia, tædi scilicet offensam veritus): horum ergo virtutes, quantum veterum relatione addiscere potuit, Goscelinus (53) quidam (de quo alias dixi), scripsit miras prorsus et prædicandas, adjiciens, quas oculata fide perspexerat, novas. Eorum hæc sunt nomina:

Mellitus, annis item quinque. Justus, annis tribus. Honorius, viginti sex. Deusdedit, decem. Theodorus, viginti duos.

Eum ab apostolica sede missum, Beda commemorat primum omnium. antistitum Cantuariae vigorem pontificalem in tota Britannia exercuisse; denique et citra et ultra Humberam episcopos hos pro placito abegisse, hos posuisse; in ipsa Eboraco aliarum urbium præsules consecrassæ, et (ut in Vita beati Wilfridi legitur) ejusdem civitatis pontifices, Ceddum et ipsum Wilfridum, seu ratione, seu vi expulisse. Ubi videri et doleri potest humana miseria, quod videlicet quantilibet quis sanctitate polleat, non ad plenum pervicaces mores exuat; quia illi duo oculi Britanniæ controversias inter se egerint. Siquidem Theodorus Wilfridum injuste, quantum nostra habet conjectura, ejecerit, Wilfridus Romano papæ Agathoni, multis ante periculis jactatus, querelam detulerit. Modeste sane, ut nec ab apostolica sede directum, accusationibus urgeret, nec tamen, innocentiam suam fluctuare permitteret. Ejus enim verba hæc sunt in suggestione, quain obtulit papæ: « Quid autem acciderit, ut Theodorus sanctissimus archiepiscopus, me superstite in sede, quam, licet indignus, dispensabam, sine consensu cuiuslibet episcopi, tres, sua auctoritate, mea humilitate non acquiescente, ordinaret episcopos, omittere magis quam urgere, pro ejusdem viri reverentia, condebet: quem quidem, pro eo quod ab hac apostolicæ sedis summiilate directus est, accusare non audeo. » Itaque, quamvis tunc judicio concilii Romani indemnus Wilfridus judicatus, et ad sedem suam remissus fuerit; non tamen rem obtinuit, regis Egfredi violentia, cum præsertim Theodorus, vel obssisteret ex sententia, vel permitteret ex connivenzia. Quod ideo dicere non abstinui, ut ostenderem quanti apud Romanum habitus sit, cuius statuta

A etsi perperam acta, enervare illa sedes non omnino voluit. Nam et epistola, quam idem Agatho sexta synodo apud Constantinopolim congregata direxit, hujus sermonis testimonio assistit, et mecum facit, in qua inter cætera dicit: « Sperabamus deinde de Britannia Theodorum consanulum atque coepiscopum nostrum, magnæ insulae Britanniae archiepiscopum et philosophum, cum aliis qui ibidem hancem demorantur, exinde ad humilitatem nostram conjungere, et hac causa hucusque consilium dissimus. » Vides quanti eum fecerit, ut ejus exspectatione universale concilium differret.

Ei successit Berctualdus annis xxxviii. Huic Tatwinus. Horum (ut dicere cœperam) et non minus S. Letardi, quem cum regina Berta venisse antiquitas serit, miracula suprafatus auctor (54) prædicat, signa exaltat: Letardum tum in ceteris potentem, tum in pluvia petitione velocem non multis retro annis jucundum exhibuisse spectaculum: cum enim media aestate cancerum sol inureret, arva squalerent pulvere, et furens Sirius sidentes scriberet agros, elatum ad processionem sancti corpus tarditate miraculi desiderium exspectantium irritasse; tum post redditum cantorem stomachatum ingenti clamasse biatu: Nonne vides quanta sit siccitas et tribulatio in toto mundo, et tu negligenter agis? hoc quasi festo convicio sanctum notatum multo imbrima diluvio desiderantium aviditatem plusquam satiasse. Commemorat inde seriem regum cum totis necessitudinibus in Augustiniana ecclesia requiescentium; quos ille non immerito luminaria vocat Angliae, et senatores Anglorum curiae. Huic sanctorum choro, ut Regis æterni diadema elaborato adjicit inestimabilis gloria lapides, qui perniciem in protervo, auxilium fulgent in supplices, Adrianum dice abbatem et Mildridam virginem parili laude conspiuos.

Tatwino, qui annis iii archiepiscopatu potius eodem anno quo Beda oblit, successit Nothelmus, quem ferunt illum esse, quem in Prologo historie Anglorum dicit, idem historicus ecclesie Londoensis presbyterum multo sibi emolumento suis ad gesta compagiaanda, ex Romano scrinio allatis epistolis, quæ essent illi necessariae operi.

Eo post quinque annos defuncto, Cuthbertus qui erat Merciorum apud Herefordum episcopus, apostolicas reparat vices. Hic est qui Bonifacii contemporaneus, pro compescendis vitiis concilium magnum coagit Angliae, ejusdem Bonifacii admoirit, et Ethelbaldi regis ope, ut in gestis regum dixi. Cujus synodi principium et actio per capitula hic ponetur meis aliquando verbis antiquorum semper sententiis, expostulata fastidii venia; quia et pars pontificalium gestorum habemus, et Patrum præudentium in Dei rebus zelum sit audire operse pretium, Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, qui cuncta Patris imperio ac pariter Spি

(53) Ejus scripta collegiulus Patrologiae tom. CLV. (54) Goscelinus

ritus sancti gratia vivificante disponit; haec quæ subter habentur synodalia gesta, Septembris mensis 11 [al. initio] prope locum qui vocatur Clovesho peracta sunt, præsentibus his Deo dilectis præsulibus ecclesiarum Christi, hoc est honorabili archiepiscopo Cuthberto, venerabili episcopo Roffensis ecclesiæ Dunno, atque reverendissimis episcopis Merciorum, Totta et Huvita ac Podda; sed et probatissimis episcopis Occidentalium Saxonum, Humfredo et Herewaldo, venerabilibusque sacerdotibus Herdulso orientalium Anglorum, atque Egiulso orientalium Saxonum, et Mildo Wictiorum; sed et honorabilibus episcopis, Alwio Lindisse provinciae atque Siga australium Saxonum; anno Dom. Incarnationis 747, inductione xv, anno autem regni Ethelbaldi regis Merciorum, qui tunc aderat cum suis principibus ac ducibus xxxiii. Cum igitur ex diversis Britannæ provinciis sacri ordinis præfati præsules cum minoris ordinis dignitatibus convenissent, et recitata essent scripta in duabus chartis venerandi pape Zachariæ, quibus admonebat Anglos ut castigatus viverent, et contemnentes excommunicare minabatur: Primo capitulo decreverunt ut episcopi sollicitius amodo viverent, et sollicitius subditos admonerent. Secundo, ut pacifice animo viverent, quamvis locis discreti degerent. Tertio ut omni anno, parochias suas singuli circumirent. Quarto, ut quisque in sua diœcesi, abbates et monachos moneant regulariter vivere, et prælatos subiectos suos non opprimere, sed diligere. Quinto, ut jam monasteria, quæ sæculares homines perverserant, nec tunc ab eis auserrí poterant, docerent regulariter vivere [al. conversari]. Sexto, ne aliquis ordinetur, nisi prius ejus vita examinetur. Septimo, ut per monasteria, lectio sacrarum Scripturarum frequentetur. Octavo, ut presbyteri non sint negotiorum sæcularium dispositores. Nonō, ut ipsi presbyteri non accipiant pretium pro baptizandis pueris. Decimo, ut Dominicam orationem et Symbolum Anglice discant et doceant. Undecimo, ut omnes nro eodemque modo, sua ministeria peragant. Duodecimo ut modesta voce sacra in ecclesiis canant. Tertio decimo, ut uno eodemque tempore, ubique Dominicæ festivitates, et sanctorum natalitia celebrantur. Quarto decimo, ut honorabiliter observetur Dominicus dies. Quinto decimo, ut septem canonicae horæ diebus singulis observentur. Sexto decimo, ut Rogationum dies et minorum et majorum non omittantur. Septimo decimo, ut festivitas sancti Gregorii et Augustini Patris nostri observetur. Octavo decimo, ut jejunia Quatuor Temporum observentur. Nonō decimo, ut monachi et sanctimoniales regulariter vestiantur. Vicesimo, ut episcopi observent, ne ista de cœla negligantur. Vicesimo primo, ne ecclesiasticus ordo inebrietur. Vicesimo secundo, ut communio ab ecclesiasticis non negligatur. Vicesimo tertio, ut idem a laicis pro temporibus observetur. Vicesimo quartu, ut prius probentur laici, quam monachentur. Vicesimo quinto, ut eleemosynæ non ne-

A gligantur. Vicesimo sexto, ut hæc præcepta singuli episcopi subjectis notificant. Vicesimo septimo, de utilitate eleemosynæ disputatum est. Vicesimo octavo, de utilitate psalmodia. Vicesimo nono, ut congregatio pro modo facultatum constituantur. Tricesimo, ut monachi inter laicos non habitent. Tricesimo primo, ut pro regibus et principibus publice oretur.

Cujus synodi actionem, (nam capitula tantum tetigimus), Cuthbertus archiepiscopus statim per Kinebertum diaconum suum Bonifaciu Moguntino archipresuli misit; ipse congratulans eleganter rescripsit, sicut suo loco lector inveniet. Sed, quia hujus viri Bonifacii, qui ante Winfridus dicebatur, toties se ingressit mentio, quiddam non adeo auditum cunctis et memorabile de Friderico ejus discipulo, quod aures meas attigit, stylo mandabo. Nam et sanctitas magistri ex discipuli virtute potest conjici, quod habuerit ille domi, unde addisceret potentes non timere, mortem contemnere. Willebrordus primus Trajectensium episcopus, de quo Beda mémorat, sanctitate et senio emeritus diem clauerat, curæque et prædicationi ejus in Frisia Bonifacius successerat, apud Trajectum Conabo [al. Cobano; al. Banco] episcopo ordinato. Spatiolum ergo tempus præteriit, quod hi ambo incolatus mortalis pertesi reposcebantur cœlo, cum ecce Frisones furiis ut creditur, infernalibus acti utrosque trucidantes martyres fecerunt. Tum Bonifacii sedem apud Moguntium implevit, ut dixi [al. dixit] Lullus; Eubano [al. Banco] non adeo festinus successor proprie ferociam gentis, apud Trajectum fuit Fridericus: eum sanctitatis Bonifacii nectar spirantem, utpote nepotem et discipulum, Ludovicus Pius filius Caroli Magni eo promovit, licet multi tum pro se, tum pro suis admirerentur, primaque ordinationis die consessu dexteræ in prandio novum præsulem dignatus est. Multa ergo eiuslī parte consumpta ad eum purpurati sermo dirigitur, ut recentis professionis memor, antecessorumque constantiæ sequax, sine acceptance personarum vera proponat, contemnitibus anathema indicat. At ille pudibundo lumine et dimisso capite: Recte, inquit, domine imperator, agis, qui professionis meæ teneritudinem sanctis animas hortatibus; sed oro te, non gravetur majestas tua solvere, quod animi mei recessus diu voluntarunt. Et ne longe exempla petantur, utrumq; pscem hunc mensæ appositum honestius est a capite an a cauda aggredi; ille præproperus, et quantum se inviscaret nescius, a capite respondit. Nec moratus Fridericus rapuit verbum, dicens: Sic eat, domine Auguste, sic eat, ut fides et pietas Christiana de tuis erratis te secure compellat, ne subjecti audeant spernere, quod te viderint tolerasse. Renuntia ergo incesto, quod contraxisti, matrimonio: quia ista Judith, quam tuo foderasti lateri, proximo tibi affluis est sanguine, nec decet ut torus regius infametur libidine. Hoc dictum licet Ludovicus ægre accepisset, modesta lamen taciturnitate absolvit, raptimque

episcopum ad suam sedem ire laxavit. Verumtamen A sermo in tanta Palatinorum frequentia effusus occultari non potuit, quin omnium episcoporum regionis aures inquietaret, corda exulceraret, non frivolo dolore conferentium: quod episcopus novus talia aperta promulgasset libertate, qualia veteres ipsi nec tacito damanassent murmur. Quare ad audiendum erecti frequentibus egere conciliis ut deducto connubio cœlebs viveret imperator. Haque ipsum in ergastulum, seminam in monasterium includunt, conante quam maxime, ut supra dixi, Lothario Ludovici primogenito, ut his dictitabat, Christianitatis instinctu, sed revera invidia obtemtu. Posterior vero mediante apostolicæ sedis pietate molliori concilio decretum est, uti indicta penitentia legitimo de cætero lætarentur conjugio, et imperator quidem libens cessit sententiae, rancorem adversus omnes benignitate mentis ejiciens. At Judith semineum virus exhalans, et in cœtu suorum de injuriis Friderici Trajectensis episcopi conquesta, que polissimum auctore pertulisset mala, invenit duos qui ad ejus interfectionem operam suam pollicerentur. Nec ista præsulem latebant, qui esset ipsius deitatis sacrarium, sed venturos opperiebatur intrepidus carnifex, accusataque nebulonum moras impatiens martyrii cupido. Ita ipso mane, quo venturos non nesciebat, ad missam se parat. Jamque albain inducat, cum ingressus puer, cuius erat officium admittere volentes dominum convenire, nuntiat imperatricis legatos pro foribus astare. Ille impedimento excusato jubet eos interim exspectare in triclinio. Missa cantata sicuti erat sacris vestibus indutus secretarium ingressus est, illucque introduci lictores semotis arbitris mandat. Ingressos ita claritate visus, et vestium reverentia perculit, ut animis concidentes, etiam manibus sicas amitterent. Quo ille animadverso, qui vitam presentem spe futurae projecerat, ulti ad perficiendum, propter quod venerant, animavit percussores, ut resumerent animos, repararent vires, hortatus: ita (quia nequitia facilis est ad persuadendum) sedentem adorti, alter, a pectore ad inguina, alter per media ilia, sicas duxere. Tunc ille comprehenders et constringens ambabus munibus vitalia defluentia: « Abite, inquit, miseri, abite, dum res clani meis est fidelibus, ne si vos deprehenderint, actum de vobis sit. » Sicarii vero velocitatem pedum stimulus timoris addentes decurrere ad Rhenum, et inde brachiorum robore navem ultra impugnare. Cubicularium interea supervenientem, percutientiumque quid ita exsanguis sederet, turbide abegit, jubens citio de muro specularetur si imperatricis nuntii Rhenum transissent: compertoque, quod longinquitas fugæ comprehendendi illos difficultatem procurasset, clerum propere convocari jussit, totius tragœdiæ integro et sermone et sensu expiator. Imposita igitur per se antiphona, Aperite mihi portas justitiae et cætera, vivens se in auseolo compusuit, pulchra et venerabilis morte colum adeptus. Quod idcirco, præter materiam exterius lecturis

proferre duxi non inutile, ut Anglorum deputetur gloriæ, quod terras alienas illustrarint, peregrinante etiam sanctitate. Cuthbertus post xvii annos episcopatus morbo tactus et mori pergens jussit suis ut apud archiepiscopum infoderetur, et quia Augustini monachi ex antiqua consuetudine pervieaces defunctorum archiepiscoporum corpora cum quadam rapiebant violentia, luctuosos ululatus per curiam et urbem cessare præcepit, funebresque exsequias palam fieri prohibuit. Ita dum interius cessante tumultu alieni arcerentur aditu, cadaver præsulii ecclesiæ principalis siuibus illatum, nec ab alteris, qui se ingenio circumscriptos viderent, repetitum.

B Iluic Breguinus iii annis substitutus sedem Lambirtho S. Augustini prius abbati vacuefecit, de isto in lib. i regalium Gestorum diximus, et nunc non tacemus, quod Offa rex Merciorum contractis iniunctiis cum Cantuaritis eum primatu spoliare conatus est. Simus regnum Merciorum archiepiscopatu insignire affectans epistolis ad Adrianum papam et fortassis muneribus egit, ut pallio Licetfeldensem episcopum contra morem veterum esseret, omnesque Merciorum pontifices ei subjugaret, (quorum haec fuere nomina: Denebertus Wigorniensis, Werenbertus Legecestrensis, Edulfus Siduacestrensis, Wifred Herefordensis) et duos orientalium Anglorum episcopos, Elcard [al. Aliter] Helmanensem, Litfridi Damnuensem, vocabatur autem episcopus Licetfeldensis Aldulphus. Plures enim episcopatus potentia sua Offa in Merciis fecerat, et orientales Anglos occiso rege eorum Ethelbirtho invaserat, episcopatum vero quidam alio translati, ut Helmanensis in Norwicensem; quidam alteris uniti, ut Damnuensis in eundem; quidam omnino non existant, ut Legecestrensis et Siduacestrensis. Remanserunt autem iv episcopi episcopo Cantuariensi, Lundonicus, Wintoniensis, Rossensis, Selescens. Stetit hæc perversitas toto præsulatus Lambirthi tempore, quamvis nihil ille vel sumptibus, vel laberibus omisisset, quo dignitatem sedis assereret, cupiditatem pervasorum contunderet.

C Sed eo post xxvii annos defuncto, et in capitulo apud S. Augustinum tumulato successit annis xiii Ethelardus [al. Athelardus] (A.D. 803) Wintoniensis episcopus vir excellentis industriae potenter apud optimates gratia, cuius consilii Egfridus [al. Egfridus] filius Offæ mollitus, Cantuariae honorem archiepiscopatus restituisset, nisi eum fata de medio tollero properassent. At vero Kenulfus rex Merciorum eius et Eabaldi Ebor. archiep. monitis quantum ueras antecessor commisisset edictus antiquitatis morem reparavit in solidum, ad Leonem successorem Adriani missis sua et omnium episcopum Angliae epistolis, ipso archiepisc. legationem graviter administrante: ad quæ manifestius probanda portiunculas competentes ex epistolis Alcaini subpi- ciem.

D Sanctissimo Patri et in membris Christi valde

venerando ETHELARDO archiepiscopo ALCUINUS diaconus in Christi charitate salutem.

« Audiens salutem et prosperitatem vestram et conventum cum Eaubaldo Eboracensi archiepiscopo filio meo, satis mihi placuit speranti ex vestrae colloquio sanctitatis honorem sanctae Ecclesiae exaltari, et Deo in eis servientium corrigi vitam. Ideo suasi aliis litterarum mearum apicibus sanctitatem vestram permanere in patria, nolens lumen Britanniae extingui. Sed fiat quod Deo placet, ut proficiat Christi ecclesiis, prosperum iter faciat vobis Deus, angelique ejus comitante prospere vos ducat atque reducat, dulcissime et amantissime Pater; maxime autem precor ut apud sanctos apostolos mei habeatis memoriam, sicut nos apud S. Martinum vestri habere dulce habeimus. »

Domino sanctissimo atque omni honore dignissimo ETHELARDO archiepiscopo.

« Lectis prosperitatibus vestrae litteris et prosperitate Itineris vestri et reversionis in patriam et qualiter apostolica benignitate suscepti fuistis, toto cordis affectu animoque latissimo gratias egit Domino Deo sempiterno qui magno clementia dono viam vestram peregrinationis prospero direxit itinere, et dedit vobis gratiam in conspectu Patris apostolicæ legationis effectu et voti compotem [al. Patris apostoliæ, et legationis effectu voti compotem] redire concessit: et primi nostri doctoris sanctissimam sedem ad pristinum culmen dignitatis per te iterum exaltare dignatus est: quæ cujusdam dissensionis scissura, C quorumdam invidiosa contentione ad horam discissa esse videbatur. Felix qui unitatem pacis fraterno amore conservare studet; sed ille multo felicior, qui ab aliis disrupta charitatis viscera pio labore ad unius compagem corporis reformare nititur. Igitur nunc gratia operante divina membrorum unitas adhaeret capiti proprio, et sacerdotalis dignitas antiquo gratulatur honore, et germana pax inter summos Britanniae pontifices splendescit, et sub duabus metropolitanorum civitatibus una pietatis et concordiae viget voluntas, sicut in litteris vestrae beatitudinis lectum intellexi. »

Item in alia epistola intercedit pro Merciorum episcopo ut vivens pallio non exuatur, his verbis: « Sanctarum Scripturarum lectio per tuam sanctissimam curam renovetur et ecclesiastica dignitas ubique exaltetur, et sancta sedes quæ prima fuit in fide, prima sit in sanctitate et honore, quæ partim discissa est, non rationabili consideratione sed quadam pietatis cupiditate. Quod si fieri possit ut pacifice adunetur, et scissio resarciantur, bonum videtur esse cum consilio omnium sacerdotum Christi et coepiscopi vestri Eboracensis ecclesiæ ut fiat, ita tamen ut Pater plus diebus suis pallio non exuatur, licet ordinatio episcoporum ad sanctam et primam sedem recurrat. »

Fuit igitur Ethelardus unus, qui nobis non cunctando sed satagendo restituit rem: licet enim nobis mutuari dictum Ennii de Fabio. Ei non solum Can-

tia ingentis beneficii est obnoxia, quod eam ad pristinam dignitatem laboribus suis suscitaverit, verum etiam tota Anglia, quam degeneri sedi substerni passus non fuerit. Vir post primos doctores summis pontificibus comparandus, et pene dixerim praferendus, atque haud scio si dicto delinquo: cum profecto excellentius videatur restaurasse dignitatem amissam, quam conservare partam, quamvis et illud nonnullæ laudis habeatur. Quid si alicui in quæstionem venerit, quantæ sanctitatis et reverentiaz fuerit, legat epistolam Leonis papæ Kenulfo regi missam, quæ in primo libro Gestorum regalium inventur, in qua, vocat cum sanctissimum, dignissimum, charissimum, peritissimum. Quæ nimurum verba summus ille et sanctus papa non iteraret, nisi rata esse constaret. Post eum Wilredus annis XXVIII. Egeldus [al. Theogildus] mensibus tribus. Celnothus annis XL. Etheredus [al. Æthelredus] annis XVIII. Continuatis successionibus archiepiscopi multa Deo et sæculo digna, ut credimus, exercueris; sed omnia vetustas obsorduit et delevit; nihilque illorum inter nos nisi tenuis fama manet.

Post Etheredum, Pleimundus XXXIII annis. Fuit magister Elfredi regis, qui, ut in secundo libro Gestorum regalium dixi, septem episcopos uno die Cantuarie ordinavit, quorum nomina et locos ibi qui volet, leget.

Habuitque successorem Athelimum, unum ex illis, quem ecclesiæ Wellensi ordinaverat.

Athelmo successit Wifelmus tredecim annis in Wellis, eidemque defuncto in Cantuaria.

Tunc Odo sanctus Wiltunensium episcopus in archiepiscopum viginti annis emicuit. Siquidem prater illos quinque Westsaxonie episcopos, quos Edwardi senioris tempore Pleimundum consecrassæ nescio quoties dixi, non multo post additus est sextus, qui haberet sedem in Ramesburia, diocesini in Wiltonensi pago, permanente episcopo in Scireburnia, salvaque parochia Dorsatensis et Bertensis pagi. Odonis igitur non levem in sanctitate et miraculis gloriam libare par est, quantum ad nos ex successione fama manavit, et hoc non solum de eo, sed et de aliis sanctis Angliæ, quorum occurrit occasio, facere fert animus, præsertim quorum gesta non ubique sunt celebria; nam eorum gesta, quos aliorum extulerunt ingenia hic enucleatum revolvare, res esset amentiæ. Odo ut testator ejus esset sanctitatis indoles, sicut ortu suo dumorum asperitatem eluctatur rosa depressa feritate Danica, cuius gentis oriundus erat, in magnum specimen bonitatis evasit. Parentes ejus tempore regis Elfredi infestaverant Angliam, ipse ceteris vel abeuntibus vel extinctis Edwardo aliquandiu militans, nec multo post comam tonsus clericatum professus fuerat, meritisque crebrescentibus Wiltunensi Ecclesia prælatus, regem Ethelstanum in sui amicitiam excivat; unde factum est, ut rege contra Analavum profectio, episcopus lateri adasset, qui accensor in prosperis, corrector in fortuitis esset. Quare illa

lunibri nocte, qua, ut in secundo regalium Gestorum libro dixi, ipsa securitate incautior, ab hostibus pene præventus ensem etiam amisisset, inclamatus Odo adfuit. Cumque omnia eæci tumultus essent plena, primus ille porrectis in cœlum precibus intuitus vidi gladium, cœlestè scilicet munus, vagina regiae illapsum divinitus. Qui casus statim eo clamante Ethelstano relatus, tantum momenti habuit, ut et tunc Odonem vitæ suæ patronum non dubitaret dicere, et post Wulshelmo defuncto in primateni Cantuarie sublimare. Ille qui nondum amicisset (55) monachum, constantius reniti, ne morem majorum ambitione sua turbare videretur; nullum enim ad id tempus nisi monachili schemate indutum archiepiscopum fuisse. Sed cum regiae voluntati episcoporum omnium assensus accederet, tandem vix reverentissimus propositi sui rigore edomito, in communem perrexit sententiam, recogitans illud proverbium: *Vox populi, vox Dei.* Itaque transito mari apud Floriacum monachilia accepit, frugi homo et prudens, ut nec favorem civium rideret, nec priscam consuetudinem decoloraret. Ita toto quo Ethelstanus vixit ævo, incorrupta regis et pontificis familiaritas viguit: dum mutuis officiis iste excerceret in Dei rebus eloquium, ille, si necesse esset, vibraret gladium. Sed postquam æmula florentem fata tulere juvenem, Odo ætate maturus, et canos sanctitatem nobilitans, non imparis amicitia apud Edmundum et Edredum gratiam tenuit, quia nihil illi moribus prætenderent, in quod rigor episcopalis intentiarū deberet. Quinimo cum illis in Northaniembros profectus est, non ut prælia faceret, sed ut sanctorum sacros cineres, quorum illa humus olim serax fuerat, efficeret. Unde factum est, ut præcellentissimi Patris Wilfridi dirutam per Danos apud Ripensem Ecclesiam dolenter conspicatus, ruinis super mauseolum eruderatis, reliquias Cantuariam reverenter transferret, et ut clarissimum patriæ jubar produceret in speculam, heroico metro vi' am illius texi præcepit. Exsecutus est id munus Frigodus quidam versibus non ita improbandis, nisi quod latitudinem perosus græcitatem amat, græcula verba frequentat, ut merito dictis ejus aptetur illud Plautinum: «*Illæc quidem præter Sibilla n̄ legit nemio.*»

Ipse quoque Olo non mediocre litterarum dedit in epistola judicium, quam post synodale tempore regis Edmundi concilium ad suffraganeos dedit, eujus hæc forma est: « Mirabili cunctipotentis præsulis polorum clementia opitulante, ego Odo Ecclesie Salvatoris Domini nostri Jesu Christi archiepiscopus, Dorobernensis civitatis metropolitanus, coepi copis fidei catholicæ compaginatoribus, spirituali charitate, etiam comitatus rigore, meis confratribus, presentium prosperitatem ætherique decoris beatitudinem.

« Si aliquo modo fieri posset, ut totius mundi opes ante nostros ponerentur obtutus, ita ut imperiali munere nobis universaliter deservirent, libenter illa omnia distribuerem, meque ipsum insuper pro

(55) Id est induisset.

A vestrarum animalium sancte impenderem. Quippe quoniam me ipsum a vestrae sanctitatis studio capio et spero corroborari super eo, in quo Dominus Deus nos operarios constituit. Et multa, quibus onus pontificatus exponit, subdidit: Idcirco humiliiter, quasi indignus sed devotus precor et hortor sanctitatem vestram, ne tepide et negligenter in regmine animalium conversemini, ut non in tempore tremenda vindictæ conqueratur de vobis Dominus dicens: *Pastores non pascebant gregem meum ad semetipsos* (*Ezech. xxxiv.*). Et iterum: *Principes extiterunt, et ego ignorari* (*Ose. viii.*), sed potius euremus familiae Domini super qua nos constituit rectores cibum dare in tempore suo, mensuram tritici, probatam scilicet doctrinam. Et quamvis meritorum qualitate, non presumam consolari et hortari quemquam, quippe qui solus indignus et innumerabilium culparum reus, gaudeo et indigeo fratrem admonitionibus fideliter corroborari, tamen propter antiquam auctoritatem prædecessorum meorum beatæ scilicet memorie Angustini et aliorum sanctorum, quorum studiis regula christianitatis, primum ab hac archiepiscopali sede cunctis finibus Anglorum innotuit: idcirco istos divinos apices ad utilitatem omnium vestrum charaxare decrevi: quatenus rex augustissimus egregio vocabulo Edmundus cum omni populo suo imitari gaudeat, quod in nobis et ex nobis audiat, omnesque gentes quæ undique regali imperio Ipsius subjecta sunt, titulos liquidæ nostræ conversationis ovanter sequi ament et elecent. » At vero Edwinus filius Edmundi et regi post Edredum patrum successor præcipitis temeritatis et corporei luxus infamis, pontificis animos irritavit, ut et ipsum a christianitate suspenderet et generi pellicatum, primo expulsione, post successora poplitis interrumperet; retulit ille vicem in monachos totius Britanniae furibunde bacchatus, dum nemo, præter Odonem et Dunstanum tunc abbatem, vel verbo resistere auderet. Quia, ut Seneca ait: « *Callus in sterquilino suo plurimum valet,* » interea præsul mentem in Dominum dirigere, miracula non egere facere, multa sedis suæ appendix prædia, quæ Damica excursione ablata erant, ad jus legium trahere, in tantum, ut constet neminem illius ætatis archiepiscopum parem Odoni in talibus fuisse, quantulum autem est testimonium quod ei perhibet Osbernus, qui eum dicit pro sanctitate sua et industria ab omni Anglorum orbe semper defendendum, nisi Dunstanus successisset, nescio qua incuria Ecclesiam archiepiscopatus lecto vacantem ita orationibus operuit, ut toto quo lectura parabatur tempore (nisi quod dicam incredibile videatur) nec pluviae stillicidium loci madefecerit ambitum. Et hoc eo celebrius habetur, quod plurima vis imbrum, frequens tempestas turbinum, totum illis diebus concussit mundum, plurimosque de veritate Dominicæ corporis dubitantes ita roboravit, ut panem altaris versum in carnem, vinum calicis in sanguinem, propalam ostenderet, et denuo in genuinam

D

speciem retorta usui humano conducibilia faceret. Beatissimum Dunstanum electum Wigorniensem antistitem dum Cantuariæ benedicere, totius consecrationis egit ordinem, ut non Wiccorum pontificem, sed Cantuariæ benedicere videretur archipræsulem. Clericis modeste mussitanibns vaticinum protulit, scire se quid faceret, quod se defuncto, Dunstanus primatis Ecclesiae rector foret. Quapropter quod ministerio suo nutus divinus actisset, caluminia si recte judicarent, carere debebat. Nec vero præsagio matura fides defuit: licet Elfinus Wintoniensis episcopus illud interpolare tentasset, namque cum Odo jamdudum exspectantes superos sua præsentia lætiscasset, ille paratus advocationis, quorum manus palpaverat, subreptoque regis Edgari edicto Cantiam intrusus est: primo que exceptionis die non abstinuit, quin furias mente confutas evomeret, tumulum beati viri pede pulsans, animam voce lacessens: « Tandem, ait, pesime senex, vivacem animam effusisti, sero meliori locum faciens abisti. Itaque quod diu cupiveram, te invito teneo, inde tibi malas gratias ago et habeo. » Sed illo exacto die, cum rabiei efflator cubili se dedisset, vidi beati viri effigiem astantem, et improperare convicium, et velox minari exitium. Ille qui volatio phantasmate se derideri putaret, nihilominus ad recipiendum pallium Romam per Alpes contendebat. Ibi nivali frigore gelatus, nibil aliud remedii comminisci potuit, quam ut exenteratorum equorum adhuc spirantibus extis unnergeret pedes, quibus sancti sepulcrum violarat. Sed nec sic algore tepente, in mortem anima fugiente diriguit.

Elfino ergo defuncto Dunstanus (A. D. 987) jamdudum archipontifex divino præsignatus oraculo, regis Edgari ambitur precibus, ut sedem primariam dignaretur sanctitatis suæ industria. Sed ipse non semel surdis auribus rogante differens, tandem concordi omnium episcoporum assensu pressus, manus dedit. Fuerat ille Athelmi; archiepiscopi ex fratre nepos, prius abbas Glastoniæ, post Wiccorum et Londoniensium episcopus, ultimo Cantuariae archiepiscopus, promotionis suæ gradus indefessus comebat virtutibus. Afflaverat profecto cor regis divinitatis specie, ut ejus consilium susciperet in omnibus incunctanter, faciens quæcumque pontifex jubenda putaret. Ille quoque, quidquid famæ et saluti regis concinnum esse intelligeret, non omittere, differentem acrius urgere, ipsius prius mores subditorum speculum effigians, cum excessisset, absque personæ respectu ferocius ulciscens. Exemplum dicti in gestis regum apposui: quod eum septenni multasset pœnitentia, pro illicita in eam, quæ vel umbratice sanctimonialis fuisset concupiscentia: ita ut proceres ad specimen et normam regis compositi, parum vel nihil contra jus, et æquum auderent, qui dominum suum tam obnoxium Dunstano inteligerent. Jam vero non dubites quantum temperaret a noxio vulnus promi-

A scum, vel mercari volens dominorum gratiam, vel vitare volens austera legum sententiam, huic accedebant militaris disciplina, custodita probe surum rapacitas, argentiorum falsitas capitali damno coercita; nihil prorsus omissum, quod internum offendere arbitrium. Ordo monasticus æmulam professionis suæ vitam per omnia loca non negligebat; propterea quod haberent rectores vita religiosos, scientia claros, quos nec desidia tardos, nec audacia præcipites ficeret; talis enim librato diu multumque examine propensaque et certante animorum perspicacia, cum rex, tum archiepiscopus promoverant ubicunque locorum. Itaque clerici multarum ecclesiarum data optione, ut aut amictum mutarent, aut locis valedicerent, cessere melioribus, habitacula vacua facientes. Surgebant ergo in tota insula religiosorum monasteria, cum labant mole pretiosi metalli sanctorum altaria, nec degenerabant a decore ædium mores ædificantium. Ita hominibus omnis ordinis, ferventibus in Dei obsequio, terra quoque ipsa videbatur gaudere otio. Agri proventu uberi respondebant cultoribus, omnium bonorum copia plenis effuebat cornibus, nec facile unquam tempore Dunstani spem provincialium messis ægra decepit. Elementa lætis renitebant vultibus, nullæ nebulae, nubila nulla pigro contrahebant cœlo contagia, transmarinorum hostium metus procul, quieta et tranquilla omnia. In urbibus, nec in pauperes præjudicium, nec inter viventes dissidium, nec propter morientes justitium horum bonorum radix per Domini gratiam spectabat ad Dunstanum, de Dunstano prodit in Edgaram, de Edgario pullulavit in populum. Felicia tunc suere tempora habentia præsulem, qui nihil infra dictum ficeret; regem, qui sedulus edicis præsum in-tenderet. Hæc immortalem viro pepererunt et servaverunt gloriam multo magis quam miracula, quamvis Domino administrante nec eorum mendicus fuerit, quorum hic vel breviter indicula ponere illa efflagitat ratio, ut si quis gestorum ejus expers ista fortassis attigerit, norit quantum sanctus iste hujus adhuc peregrinationis incola mente superna prælaverit gaudia, denique sanctitatis ejus futuræ præsagus idem qui auctor Deus jucundo prodigio nativitatem ejus præcurrit. Siquidem cum mater ejus fertilis in alvum maturoque jam in partum seu in Purificatione sanctæ Mariæ frequenti civium collegio templo assisteret, omnium repente luminaria seu casus, seu Dei nutus extinxit. Omibus stupefactis, matronæ cereus lucem accepit coitus, communicatoque cæteris igne, timorem dispulit, securitatem induxit. Puer litteris datus cum omnes institutionis libros potenter addisceret, tum libentius et charius illa exosculabatur, quæ moribus informatis mentem ad superna dirigerent. Ejus æstatulæ pusio diabolum noctu occursantem, rabi-dorumque canum agmine stipatum virga abegit: obseratam ecclesiam obvias angelorum auxiliis ad terram leniter depositus intravit. Cui processu-

cibara ejus paxillo appensa, vocale melos sine hominis dito intonuit : *Gaudent in cælis animæ sanctorum*, et sequentia. Quo auditu, ad tribulatum patientiam se admoneri, et tunc intellexit, et non multo post expertus, exhorruit.

Juvenis olim defuncti officio concepit oraculum quantum profectum sumpturus esset in Domino, et in sæculo, ne se derideri phantasmatis inanis arbitraretur nebula, signum accepit, monstrato loco, quo post triduum esset sepeliendus presbyter, qui necdum erat invalidus, nec æger, regem effrenis equi cursu delatum ad præcipitum nomine suo a præeunte inclamato, absens liberavit, animalis cursu cohito, in ipso præruptarum faucium hiatu, trabalem molem incuria artificum deorsum vergensem, signaculo crucis eminus porrecto, loco restituit suo. Jam pontifex et Britannæ primas, ad divinum ministerium egens aqua, ex nativo silicis sinu laticem produxit, qui perennes rivos deducit ad hanc diem : diabolii quascunque insidias prævidebat perspicaciter, et eludebat potenter, semineas quondam sordes insusurrantem ignitis forcipibus adurens, eundemque sibi in oratione infestum, simulacroque, vel vulpis, vel ursi indutum, baculo abigens ; effusos pro exsilii sui lætitia cachiinos ingeminantem minis arguenus, minas effectui mancipavit, dum ab exilio regressus ingentein diabolo jacturam, de lucrandis Domino animabus, faceret. Edmundi regis proxime futurum et Edwini præsitum obitum daemonum eductus lætitia, illius C corpus Glastoniæ sepelivit, istius animam inimicorum violentiæ eripuit. Quid illud ? nonne magnæ reverentiae metu dicendum quod corporalibus oculis sanctum intuitus Spiritum columbina specie agorizanti feminæ et sibi missas facienti vidi adesse, indeque super memoriam beatissimi Odonis, plausibili volatu sedisse ? Quapropter cunctis in posterum occasionibus acceptis Odonem bonum vocavit usitate et quam proprio nomine *Ode the good*, tum præterea quam familiariter illi, Deus bone, superni spiritus apparebant ? quam conserte cum eo famulabantur ? cuius adhuc patriam suspirantis tedium sanctis hortatibus animantes. Edgari regis ortum et felicitatem futuram symphonia angelica : Edredi decepsum ferociori nubium impulsu cognovit ; horisonum enim strepitus probavit mors animalis, cui insederat, non morata. Discipuli felicem ad cœlos excessum absens vidit et pronuntiavit, prophetia perspicuus, nec ullius unquam falsitatis repulsa passus. Ethelredo regi futuram ærumnam, virginis Edithæ, et Ethelwoldo antistiti mortem prædictit conterminandam, eidemque sanctum Elsegum substituit, admonitorem nactus apostolum Andream : ejus enim præcipue fruebatur solatio, vel vitare adversa vel moderari secunda. Sed excellit omnia, præfuit universa, quod dominam Domini Matrem præsentî miraculo et vigilanti oculo conspicatus est socias pudoris (inter quas, et ejusdem pontificis

(56) Alfricum omittit, qui annis xi sedem tenuit, A.

A matrem), ad Christi laudem invitare, illudque Sedulianum modulato canore concinere et repetere :

Cantemus Domino, sociæ, cantemus honorem : Dulcis amor Christi personet ore pio.

Mirum est prorsus, mirum omnino quod dicitur, nec tamen a stabilitate veritatis alienum, ut, (quod Dei magno munere sanctis in futura vita concedendum, nunc eos spe beata sollicitat moliter, palpat feliciter), ipse lutea compage circumdatu oculis caperet, auribus hauriret, et credo equidem, nec vanâ fides, qnod etiam angelorum cantum audierit *Kyrie eleison* psallentium, quod nunc libenter Ecclesiæ discunt et docent Anglorum. His gloriosus triumphis, Victoriosus adoreis, vicesimo septimo patriarchatus sui anno exacto, translatus est ad superos, ingenti sua gloria, immanni patre ærurna. Siquidem statim hæta elementorum facies emarcuit, pax per cijus sapientiam procurata superventu Danorum evanuit, quamvis ille maximis signis filiorum calamitates levigaret.

Quorum illud scriptum non vidi, quod nuper quoddam Ecclesiæ Christi monacho referente adivi : surem damnatum præcipitio, sancti Dunstani auxilium inclamassem, ligatisque oculis a carnificibus retroactum, desiluisse in præruptum, nec Iezum : ibi beatum Dunstanum, corporaliter cum eo locatum, nexus oculorum solvisse. Quo solatio miserum animalum, per confragosas semitas in superiora evasisse manus cuiusdam quam non videret misu, pendula pergentis terga, ne retro laberetur, sustentante ; sed quia de temporum turbine in nostris, de sancti miraculis in aliorum legitur litteris successionem episcoporum repeatam.

Dunstano successit anno uno Ethelgarus qui primus in novo monasterio abbas a beato Ethelwoldo Wintoniæ factus, post etiam præsulatum Australiū Saxonum acceperat, cuius sedes tunc erat apud Sclesiani, nunc est Cicestriæ. Hoc de medio facto sed sit annis xi Wiltunensis prius episcopus Alfricus, qui et ante abbas Abendonensis fuerat, de quo quod quidam dicunt eum Cantuarie monachos proturbatis clericis posuisse, verisimile non videtur : constat enim monachos in ecclesia Sancti Salvatoris suis a tempore Laurentii archiepiscopi, qui primus beatissimo Augustino successit, sicut in Epistola Bonifacii papæ ad regem Ethelbertum, quæ inferius ponetur, constabit.

Post eum Siricius et ipse Wintoniensis præsul annis quinque, cuius consilio in Gestis regum dixi Ethelredum regem animi libertatem Danis pretio vindicasse, ut eorum pacem argento redimeret, quos ferro propellere posset, nisi corde carceret ; unde importabilis tributi pensio imposita Angliæ fortunas provincialium ad solum usque destruxit.

Quod cum successor ejus (56) Alphegus ex episcopo Wintoniensi archiepiscopus annis sex, et

D. 995-1005.

mensibus septem, facere contemneret, ne mollitatem otii sui miserorum dispendio mercaretur, tentus, et in compedes conjectus, postremo ab ipsis Danis lapidatus, animam cœlo dedit. Cujus vitam scripsit Osbernus plenam virtutibus et miraculis: illo præcipue, quod Romæ positus, obitum Kenulfi, qui ei in Wintonia successerat, perspicua veritate suis nuntiavit, præterea die gloriæ suæ illucescente Jam jamqne morte furorem hostium satiaturus, vidi Dunstanum transitoriam prænuntiantem pœnam, et futuram promittentem gloriam; nam quod corpus ejus etiam recentis cruxis præferens vestigia labem putredinis ad hunc diem ignoraverit, et alias dixi et populariter tritum non eget inculcari.

Successit martyri Aelphego Livingus qui et Ethelstanus, annis septem, ex episcopo Wellensi suffragio regis Ethelredi in archiepiscopum proventus. Spirabat adhuc vitam rex ille, veram propheetiam beatissimi Dunstani, quam superius diximus, calamitatibus suis nimis expertus, vir qui coram videret provincias suas subverti, se ipsum postremo exsele agi, nec ullum communiuisceretur remedium. Id quidam inaequalitati corporis, quidam segnitiei animi deputant; verumtamen utcumque dicta mea fecerant posteri, absolute prouuntio: magnum insigne fuisse misericordia, quod primati patriæ septem mensibus incarceraio nullam opem rex attulerit, nec se ad vindictam excitaverit, seu præsulis majestate, seu calamitatis indignitate permotus. Quare de Etheldredo possum antiquum illud proverbium dicere, quod *e conspicuo probatais fulmine, natæ fuisse inertes tenebræ*. Quid enim unquam Edgaro patri, in probitate, quid huic filio in socordia comparabile habuit Anglia? Implevit ergo locum defuncti Elfegi, Livingus, ut dixi.

Et post eum Egelodus, octodecim annis, de quo in gestis Cnutonis aliqua commemoravi.

Hic Edsius successit annis undecim, qui post mortem Hardeknuti regem Edwardum provexit in regnum, assistens auctoritate et benedictione sua, conatibus Godwini comitis, et Danorum contra nientium votis irritis. Nec multo post incurabilem morbum uactus, vivens et volens potestati decessit, cum prius secretiori consilio apud regem et comitem egisset, ut ei Siwardus abbas Abendoniensis succederet. Sed cum ille in ipsum qui honorem intulerat ingratus, etiam necessario victu infirmum fraudaret, jam designatus successor eliminatus est, datusqne ei episcopatus Roffensis, quo leviaret verecundiam, quo detrimentum consolaretur.

Tunc rex Robertum, quem ex monacho Gemmetensi Londoniæ fecerat episcopum, archiepiscopum creavit annis duobus, amplissimo præmio bona sibi quondam in Normannia exsulanti ab ipso impertita recompensans. Is ergo et amore antiquo et recenti honore prius partis in consiliis regalibus vindicabat, quos vellet deponeret, quos liberet, sublimaret. Anglis nota loquor, et alias dicta repeto.

A Angli ergo Normanno invidere, et regis benevolentiam extenuare. Ille contra pertinacius insistere, donec præcipios optimates, Godwinum dico et filios ejus prodigionis apud reges accusatos, Anglia expelleret. Expulsionis aliae quoque fuere causæ, et alii auctores, sicut alias non tacuimus. Sed ille clarus classicum cecinit, instantius accusavit. Et tunc quidem animi sententia blanditus est effectus rei, sed posteriori anno causa in suffragium popularium deducta, exsules restituti. Quorum reconciliationem cum sibi nocturam archiepiscopus non dubitaret. Judicii deliberationem præveniens Romam ivit, unde cum epistolis innocentiae et restitutionis suæ allegatricibus rediens finem vitæ apud Gemmeticum invenit.

B Tunc Stigandus quidam, qui quondam dimisso orientalium Anglorum episcopatu, sublimicrem gradum meditatus Wintoniensem invaserat, rapuit occasionem desideratam, ut innocentis regis simplicitatem circumveniens, archiepiscopatum septendecim annis tantis honoribus adjungeret: alias sane nec imprudens, nec ineflicax. Cæterum adversus ambitum nihil dignitati suæ consulens, quæcumque posset aliis præripere, sibi abscondere, nunquam avaritiam suam moderari; sacros honores ecclesiærum, hos sibi pecunia comparans, istos aliis lingua vindicans; prorsus publicas nundinas ex episcopatibus et abbatis faciens, et ibi cupiendi modestiam admittens, ubi quod euperet deesset. Nonne illud belluina rapacitatem dices, quod Wintoniæ episcopatum et Cantuariorum archiepiscopatum, præterea multas abbatias solus ipse possidebat, quæ singula satis superque sufficerent alicui probo viro? Sed ego concilio illum non judicio sed errore peccasse, quod homo illitteratus (sicuti plerique et pene omnes tunc temporis Anglorum episcopi) nesciret quantum delinqueret, rem ecclesiasticorum negotiorum sicut publicorum actitari existinans. Quare nunquam pallium a Roma meruit, quamvis et ibi venalitas multum operetur, nisi quod quidam Benedictus apostolicæ sedis pervisor ipsi misit gratulatus, quod cum quem alii archiepiscopi dueabant ludibrio, ipse papam appellasset. Sed illo post non multum dejecto, omnia ejus facta evacuata, decretum que consilio salubri non potuisse eum dare legitime pallium, qui juste non habuisset papatum. Non resipuit super his Stigandus sed perstinxit, parum cogitans de animalium salute, tantum forensi frueretur honore. Interea Willielmus comes Normanniarum Angliam veniens armis provinciam perdomuit, cum et Dei permissione suffragaretur, et nonnullæ causæ suppeterent, quas non infirmas ipse arbitraretur. Qui cum et belli Hastingensis Victoria, et castelli Dofrensis deditio terrorem sui nominis sparsisset, Londoniam venit, venienti Stigandus cum potentissimis Anglis processu et favore suo applausit: consertisque loquacis Willielmus eum in Patrem et archiepiscopum, ipse Willielmum in regem recepti, et filium. Verumtamen coronam regni de manu ejus

rex detrectavit suscipere, astutia, qua consueverat, prohibidores ex parte apostolici subornans. Nec multo post in Normanniam navigans sub velamine honoris illum renitentem secum traxit, ne quid perfridiæ, se absente, per ejus auctoritatem in Anglia pullularet. Inter que difficile dictu est, quantis eum exceperit officiis dignanter ubicunque locerum assurgendo, et contra eum in omnibus episcopatibus Normannæ et abbatis longa serie pompæ procedi faciendo. Sed quidquid his tegebatur involueris, erupit in clarum veniente in Angliam Ermensredo, Seduense episcopo, legato Alexandri papæ, qui ad voluntatem regis, coacto concilio Stigandum deposituit, fidem Willielmi appellantem, et violentiam reclamantem. Et quamvis ille se blande excusans præceptum papæ objectaret, non tamen opinionem affectatæ depositionis exclusit, quod eum toto ævo in vinculis Wintoniæ habuerit. Ibi ergo Stigandus tenui victu vitam toleravit, quod ei parum de fisco serebatur, et ipse ingenita mentis duritia nihil de suo inferri pateretur. Quin et hortantibus amicis et præcipue regina Editha, Edwardi regis relicta, ut se delicatus vestiret et pasceret, per omne sanctum pejerabat non se habere numinum nec valens. Sed huic sacramento soliditatem veri absuisse probavit ingens vis opum post mortem ejus in subterraneis specubus inventarum, ad quarum indicium ut veniretur, auxilio fuit clavicula collo examinati dependens, quæ familiaris scrinii esset custos, ea seræ immissa, manifestavit per chartas inventas, et qualitatem metallorum et quantitatem pondorum.

Nondum ille efflaverat, cum a Willielmo rege Lanfrancus Cadomensis abbas ad archiepiscopatum electus est. Is gente Longobardus, non adeo abjecta et obscura progenie oriundus erat. Sed litteratura per insignis liberales artes quæ jamdudum sorduerant, a Latio in Gallias vocans, acumine suo expolivit, teneriorem ætatem in secularibus deterens, in Scripturis divinis animo et ævo maturuit. Quibus edocitus mundi sumos et ampullata gentilium eloquia parvipendens monachatus desiderium imbibit, multisque diu locis circumspectis ex omni abbatiarum copia Beccum apud Normanniam potissimum elegit, paupertate loci et monachorum religione captius (siquidem eo forte adveniens ipsum abbatem Herlewinum nomine, ad coquendos panes succinctum, et manus simo oblitum conspicatus esset); factus ergo ibi monachus homo, qui nesciret agresti opere vicum querere, publicas scholas de dialectica professus est, ut egestatem monasterii scholarum liberalitate temperaret, exivit fama ejus remotissimas Latinitatis plagas, eratque Beccum magnum et famosum litteraturæ gymnasium. Gloria laudis conflatit apud improbos viro invidiam, capellanis, qui infra ejus scientiam se viderent, animum comitis Willielmi in ipsum turbantibus, quod unum eorum palam de inscritia litterarum irrisisset. Quapropter Lanfrancus edictum accipiens, ut Normanniam sua

A importunitate vacuaret, curiam venit, moxque indulgentiam comitis meruit, quod ille statim vivacitate sensus intellexisset, quantæ prudentiae Lanfrancus esset ex dignitate frontispicij, et faceta responsi, interiora conjectans. Nec multo post epud Cadomum abbatem fecit, ubi sancto Stephano monasterium a fundamentis levaverat. Quin et regi fastigiatus solio, archiepiscopum, ut dixi, instituit, quod ipse melius scripto suo insinuabit, quod de ordinatione sua, et de controversia inter se et Eboracensem Thomam commota et sedata, ita scripsit.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo septuagesimo intravit Anglicam terram Lanfrancus Cadomensis cœnobii abbas, moventibus et præcipientibus Willielmo gloriose rege Anglorum, et felicis memorie Alexandro totius sanctæ Ecclesiæ summo pontifice. Is post paucos sui introitus dies Dorobernensem Ecclesiam suscepit regendam. Consecratus est autem quarto Kalendarum Septembri in sede Metropoli a suffraganeis ipsius sedis Willielmo Londoniensi episcopo, Siwardo Roffensi, Walchelmo Wentano, Remigio Dorcensi sive Lincolniensi, Herasto Helmanensi sive Thetfordensi, Stigando Seleensi, Hermanno Schireburnensi, Gisone Wellensi. Cæteri, qui absentes fuerunt, causas suæ absentiam legatis quam litteris ostenderunt. Ipso anno Thomas Eboracensis Ecclesiæ antistes electus Cantuariam ex prisca consuetudine ab eo sacrandus advenit, a quo cum Lanfrancus scriptam de obedientia sua professionem cum adjectione jurisperandi, custodito antecessorum suorum more, exposceret: respondit Thomas se id nunquam facturum nisi prius scriptas de hac re auctoritates legeret, nisi testes hujus antiquitatis assertores cerneret: postremo, nisi congruas super hac re rationes audiret, quibus id juste et rationabiliter sine suæ Ecclesiæ præjudicio facere deberet. Hoc autem ignorantia magis quam spiritus elati pertinacia faciebat. Novus enim homo et Angliæ consuetudinis penitus expers, verbis adulatorum plus aquo et bono fidem exhibebat. Lanfrancus tamen in præsentia paucorum episcoporum, qui ad eum pro hac consecratione ad venerant, quod postulabat ostendit. At ille aspernatus omnia, non sacramsus abscessit, quod rex audiens graviter accepit, existimans Lanfrancum injusta petere, et scientia litterarum magis quam veritate et ratione confidere, quamvis nec ipsi Thomæ deesset litterarum perititia, multo ingenio multoque studio comparata. Paucorum dierum spatio evoluto Lanfrancus ad curiam venit, a rege audientiam postulavit, redditis rationibus ejus animum mitigavit, transmarinis, qui aderant, suæ parti justitiam adesse suasit et persuasit. Angli enim qui rem noverant assertionibus ejus per omnia constantissime testimonium perhibebant. Itaque regio edicto communique omnium decreto statutum est, ad præsens debere Thomam ad matrem totius regni Ecclesiam redire, profissionem scribere, scriptam legere, lectam inter exami-

nandum in præsentia episcoporum Lanfranco porrigere, in qua præceptis quidem ejus in omnibus, quæ ad Christianæ religionis cultum pertinent, se obtemperaturum absolute nulla interposita conditio promitteret, successoribus vero ejus non ita, nisi prius vel coram vel in episcopali concilio competens ei ratio redderetur, qua antecessores suos Dorobernensis Ecclesiæ primatibus id fecisse et facere debuisse evidentissime comprobaretur. Igitur rediit, quæ jussa sunt implevit, sacratus abscessit. Non multos post dies Lanfrancus ab universis Angli regni episcopis, qui diversis temporibus, diversis in locis ab aliis archiepiscopis vel a papa tempore Stigandi sacrati sunt, professiones petiit et accepit, sequenti anno cum prefato archiepiscopo Romam ivit, et honorifice a sede apostolica suscep-
tus unum quidem pallium ab altari Romano more accepit, alterum vero in indicium sui amoris, vide-
licet cum quo missam celebrare solebat, Alexander ei papa sua manu porrexit. In cuius præsentia Thomas calumniam movit de primatu Dorobernensis Ecclesiæ, et de subjectione trium episcoporum Dor-
ensis sive Lincolnensis, Wigorniensis, Lecester-
ensis, qui nunc est Cestrensis, dicens Cantuariensem Ecclesiam atque Eboracensem parem ad in-
vicem honorem habere, nec alteram alteri secun-
dum beati Gregorii constitutionem debere ullen-
tum subjacere, excepto quod alter utrius archiepiscopum priorem et digniorem oporteat esse eo quem consti-
terit fuisse posterius ordinatum. Prædictos vero
tres episcopos suæ sedi, suisque antecessoribus ab antiquis temporibus extitisse subjectos.

Lanfrancus hoc audiens etsi moleste tulit, modesta tamen discretione verba illius veritate penitus ca-
rere respondit, asseverans Gregorianam illam con-
stitutionem non de Cantuariensi et Eboracensi Ec-
clesia, sed de Londoniensi, et Eboracensi esse pro-
latam. De qua re et de tribus episcopis multis hinc inde verbis prolatis, decrevit Alexander papa, oportere causam banc in Anglicam terram audiri, et illic totius regni episcoporum et abbatum testi-
monio et judicio desiniri. Lanfrancus quamvis alli-
gatum illum suo tempore facta ab eo professione teneret, maluit tamen pro successoribus laborare,
quam eis in posterum indiscutam hanc tantam ca-
lumniam discutiendam reservare, utsique ergo in Paschali solemnitate ad regem venit, ibique pro-
lati in medium partium rationibus sententiam de negotio regalis curia dedit. Jussum est fieri trans-
criptum totius cause continens finem. Lanfrancus Alexandro papæ direxit Epistolam, in qua ei totius negotii gestionem breviter et veraciter enarravit.
Utraque scripta sunt, subtler anuexa præmissa profes-
sione quam Thomas Lanfranco coram rege et
eius curia manu in manum porrexit.

¶ Decet Christianum quemque Christianis legibus subjacere, nec his quæ a sanctis Patribus salubriter instituta sunt, quibuslibet rationibus contraire.
Hinc namque iræ, dissensiones, invidiae, contentio-

A nes, cæteraque procedunt, quæ amatores suos in pœnas æternas demergunt, et quanto quisque alio-
ris est ordinis, tanto impensius divinis debet obtem-
perare præceptis. Propterea ego Thomas ordinatus
jam Eboracensis Ecclesiæ metropolitanus antistes,
auditus cognitisque rationibus absolutam tibi, Lan-
france, Dorobernensis archiepiscope, tuisque suc-
cessoribus de canonica obedientia professionem fa-
cio, et quidquid a te vel ab eis juste et canonice nulli
injunctum fuerit, servaturum me esse promitto, de
hac re autem dum a te ordinandus essem, dubius
fui. Ideoque tibi quidem sine conditione, successo-
ribus vero tuis conditionabiliter obtemperaturum
me esse promisi. Anno ab Incarnatione Domini
nostrí Jesu Christi millesimo septuagesimo secundo,

B regni vero Willielmi gloriosi regis Anglorum e-
ducis Normannorum sexto, pontificatus autem Do-
mini Alexandri papæ undecimo, in præsentia regis
et episcoporum atque abbatum ventilata est causa
de primatu. Quem Lanfrancus Dorobernensis ar-
chiepiscopus super Eboracensem Ecclesiam jure
suæ Ecclesiæ proclamabat, et de ordinationibus
quorundam episcoporum, de quibus ad quem spe-
cialiter pertinente certum minime constabat. Et
tandem aliquando diversis diversarum causarum
auctoritatibus probatum atque ostensum est, quod
Eboracensis Ecclesia Cantuariensi Ecclesiæ debeat
subjacere, ejusque archiepiscopi, ut primatis totius
Britanniæ dispositionibus in iis, quæ ad Christianam
religionem pertinent in omnibus obedire. Subjectio-
nem vero Dunelmensis, hoc est Lindisfarnensis
episcopi, et omnium regionum a terminis Lices-
densis episcopi, et Humbræ magni fluvii usque ad
extremos fines Scotiæ, et quidquid ex hac parte
prædicti fluminis ad parochiam Eboracensis Eccle-
siæ jure competit, Cantuariensis metropolitanus,
Eboracensi archiepiscopo, ejusque successoribus in
perpetuum obtinere concessit; ita ut si Cantuarien-
sis archiepiscopus concilium cogere voluerit; ubi-
cunque ei visum fuerit, Eboracensis archiepiscopus
sui præsentiam cum omnibus sibi subjectis episcopis
ad nutum ejus exhibeat, et ejus canonicas disposizio-
nibus obediens existat. Quod autem Eboracensis ar-
chiepiscopus professionem archiepiscopo Cantua-
riensi facere etiam cum sacramento debeat, Lan-
francus Dorobernensis archiepiscopus ex antiqua
antecessorum consuetudine ostendit, sed ob amorem
regis, Thomæ archiepiscopo Eboracensi sacra-
mentum relaxavit, scriptamque tantum professionem
recepit, non præjudicans successoribus suis qui
sacramentum cum professione a successoribus
Thomæ exigere voluerint. Si archiepiscopus Can-
tuariensis vitam finierit, Eboracensis archiepiscopus
Doroberniam veniet, et eum, qui electus fuerit,
cum cæteris præfatae Ecclesiæ episcopis ut primatem
proprium jure consecrabit. Quod si archiepiscopus
Eboracensis obierit, is qui ei successorus eligitur
accepto a rege archiepiscopatus dono Cantuariam,
vel ubi Cantuariensi archiepiscopo visum fuerit,

accedit, et ab ipso ordinationem canonico more suscipiet. » Hic si Epistolam Lanfranci ad Alexandrum papam totam posuero, erit onerosum profecto. Quapropter quod ad rem tantum attinet, supponam, adjiciens etiam privilegia sedis apostolicæ, quæ ad suam causam firmandam magno fuisse suffragio ipse asseverat. Unde me jure nullus criminari debet, quasi talibus scriptis volumen implendo, alienam in me transferam gloriam, sed dabit potius si æquum judicat necessitatì susceptæ historiæ veniam. Quinimo a studioso lectore habendæ sunt scriptori gratiæ, quod omnia hic congesta inveniet, quæ et labori esset per multa volumina scrutari, et dubietati, si unquam forte possent inveniri, simul quod nec adhuc controversia inter duos metropolitanos conquievit, sed in magno etiam nunc versatur litigio, cum ad istos qui modo dissident ordine venero, non habebo necesse ostendere, quæ pars veritate nitatur, cum jam tempore istius Lanfranci præoccupavero.

« Domino totius Christianæ religionis summo speculatori, ALEXANDRO papæ, LANFRANCUS sanctæ Dorobernensis Ecclesiæ antistes, debitam cum omni servitute obedientiam.

« In concilio, quod Angliæ per vestram auctoritatem coactum est, ubi querebæ Thomæ archiepiscopi prolata et ventilata sunt, allata est ecclesiastica gentis Anglorum historia, quam Eboracensis Ecclesiæ presbyter et Anglorum doctor Beda composuit: lectæ sententiæ, quibus pace omnium demonstratum est, a tempore beati Augustini, primi Dorobernensis archiepiscopi, usque ad ipsius Bedæ ultimam ætatem, quæ fere centum et quadraginta annorum spatio terminatur, antecessores meos, super Eboracensem Ecclesiam, totamque insulam quam Britanniam vocant, neconon et Iiberniam, primatum gessisse, curam pastoralem omnibus impendisse, in ipsa Eboracensi urbe persepe, locisque finitimis, ubi eis visum fuit, episcopales ordinationes atque concilia celebrasse, Eboracensis antistites ad ipsa concilia vocasse, et cum res poposcisset, de suis eos actibus rationem reddere compulisse. Episcopos quoque, quorum subjectionem in questionem Thomas adduxerat, infra illud centum et quadraginta annorum spatum, per Dorobernenses archiepiscopos fuisse sacerdos, ad concilia vocatos, quosdam quoque, cùpīs exigentibus, ab eis cum Romanæ sedis auctoritate depositos, multaque in hunc modum, quæ epistolaris modestia per singula explicare non potest. Diversa ad legendum porrecta concilia, quæ diversis temporibus, diversis de causis, a meis sunt antecessoribus celebrata. Quæ tametsi eamdem suas institutionis non habuere materiam, eamdem tamen de primatu et subjectione episcoporum tenuere sententiam, recitata eorumdem, de quibus quæstio versabatur episcoporum ante prædecessores meos factæ electiones, et per eos ordinationes, qui Dorobernensi Ecclesiæ de sua obedientia scriptas reliquerunt profesiones. Urbs namque, quæ nunc

A Cantuaria vocatur, antiquis temporibus ab ipsius terræ incolis Dorobernia vocabatur. Nec desuetus gesta quibus reseratum est, cum Anglia per plures esset regulos divisa, Nordanhumberorum regem ubi sita est civitas Eboraca, accepto pretio cuidam Symoniaco episcpium vendidisse, pro qua culpa Dorobernensi archiepiscopo ad concilium vocatum esse, nolentemque venire pro sua inobedientia excommunicationis sententiam pertulisse. Cujus communionis atque consortii omnis illarum partium Ecclesia tam diu abstinuit, quoad usque concilio se ipsum exhibuit, et quod male gestum est corredit, ultimum quasi robur totiusque causa firmamentum, prolatæ sunt antecessorum vestrorum, Gregorii, Bonifacii, Honorii, Vitaliani, Sergii; item Gregorii, Leonis, Joannis privilegia atque scripta, quæ Dorobernensis Ecclesiæ præsilibus Anglorumque regibus aliis atque aliis temporibns variis de causis sunt data atque transmissa, reliqua enim reliquorum tam authentica quam eorum exemplaria in ea combustione atque abolitione quam Ecclesia nostra ante quadriennium perpessa est, penitus sunt absumpia. His atque aliis, quæ particulariter breviterque explicari non possunt ex parte Ecclesiæ nostræ in causa peroratis contra tantam tantarum auctoritatum evidentiam paucissimas contradictiones oppo-
suit, Epistolam illam præcipue ferens in medium, qua beatus Gregorius Londoniensem atque Eboracensem Ecclesiam pares esse, nec alteram alteri subjacere instituit. Quam scripturam cum in re nihil facere concordi sententia cuncti protinus definiissent, pro eo quod nec ego Londoniensis episcopus essem, nec de Londoniensi Ecclesia esset quæstio instituta, vertit se ad alia egena atque infirma argumenta, quæ post paucam moram Christo revlante paucis sunt objectionibus abolita, etc.

« Domino excellentissimo atque præcellentissimo filio regi Anglorum ETHELBERTO, BONIFACIUS episcopus, servus servorum Dei.

« Dum christianitatis vestræ integritas ita circa conditoris sui cultum excreverit, ut longe lateque resplendeat, et in omni mundo annuntiata vestra Deo dignæ operationis angmenta referat: enormes largitori omnium bonorum Deo grates exsolvimus, qui vos de excelsø prospexit, et in tanto culmine virtutum erexit. Quapropter, illi glorie, quod ab apostolica sede per coepiscopum nostrum Mellitem postulatis, libenti animo concedimus, id est ut vestra benignitas, in monasterio in Dorobernensi civitate constituto, quod sanctus doctor vester Augustinus beatæ memorizæ Gregorii discipulus sancti Salvatoris nomini consecravit, cui ad præsens præesse dignoscitur dilectissimus frater noster Laurentius, licenter per omnia monachorum regulariter viventium habitationem statua apostolica auctoritate decernentes, ut ipsi vestri prædicatores monachi monachorum gregem sibi associent, et eorum vitam sanctitatum moribus exornent. Quæ nostra decreta, si quis successorum vestrorum, sive regum,

sive episcoporum, clericorum, sive laicorum irrita facere tentaverit, a principe apostolorum Petro, et a cunctis successoribus suis anathematis vinculo subjaceat, quoad usque quod temerario ausu pergit, Domino placita satisfactione pœnitentia, et hujus inquietudinis veram emendationem faciat. In Christo valeas, domine fili. Missa per inanum Melliti episcopi Londoniensis, anno Dominicæ Incarnationis 615.

« Dilectissimo fratri Justo Bonifacius episcopus, servus servorum Dei.

« Suscepitis vestre dilectionis apicibus, in quibus reperimus inter alia plurimos ex gentilibus ibidem degentibus Deo Omnipotente et Domino nostro Iesu Christo auxiliante conversos, maxime autem in partibus Cantiae, ad veri Dei nostri fidem vestris laboribus esse perductos: valde gratulati sumus; Edbaldi quoque regis animum ad veræ agnitionis viam esse correctum, Dominum Omnipotentem in eo laudamus, qui sui nominis sacramentum, vestrique laboris fructum non deseruit, sicut ipse prædicato-ribus Evangelii veraciter repromisit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* (Matth. xxviii). Multa enim clementia, apud Dominum, multa est in nobis demonstrata, cum aperiantur corda barbararum gentium ad suscipiendum prædicationis vestre singulare mysterium; ut enim proflerent, vestris meritis est eorum salvatio procurata, Domino dicente: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvis erit* (Matth. x). Cognovi siquidem in vestris syllabis, ut sanctæ recordationis prædecessor noster Gregorius constituit Augustino et omnibus successoribus suis in posterum metropolitanam et primitivam sedem in civitate Dorobernia, ubi caput totius gentis Anglorum a diebus paganorum habetur. At vero nunc per revelationem Jesu Christi, qui est origo et caput Christianitatis, eadem civitas exaltatur et orthodoxa fides, quæ est radix nobilissima ibidem collocatur, ut ex illa segete uberrimum fructum boni operis ad pabulum coelestis patris omnes Insulani metere queant. O quam felix illa civitas quæ meruit in se Christum habitatorem habere! felix illa civitas: felix et tota gens cum illis superna misericordia visitare non dedita sit, quos ante mundi creationem prædestinaverat sibi sociare. Quare absit ab omni Christiano, ut ex illa civitate Dorobernia aliquid minuatur, aut in aliud mutetur nunc vel futuris temporibus, quæ a prædecessore nostro domino papa Gregorio statuta sunt, quoquo modo res humanæ quassentur. Sed magis ex auctoritate beati Petri apostolorum principis ad ipsum præcipientes firmamus, ut in Dorobernia civitate semper in posterum metropolitanus totius Britanniae locus habeatur, omnesque provinciæ regni Anglorum præfati loci metropolitanæ Ecclesiæ subjiciantur, immunitata et perpetua stabilitate decrevimus. Hanc autem Ecclesiæ ultiote specialem, consistentem sub potestate et tutione sancte Romanæ Ecclesiæ, si quis conatus fuerit imminuere, eique de concessæ potestatis

A jure quidquam abstinenter, auferet eum Omnipotens Deus de libro vite sue, sciatque se sub anathematis vinculis esse nodatum. Deus te incolumem custodiatur, reverende frater. »

« Dilectissimo fratri Honoro Honorius episcopus servus servorum Dei.

Suscepitis vestre dilectionis litteris in illo reperi-
mus vestri laboris sollicititudinem circa vobis com-
missum gregem multa fatigatione occupataum, multo
labore et angustia crebrescentibus malis et munda-
nis usibus mentis vestrae difficultates sepius susti-
nere gravitatem. Nos vero hortamur vestram dilec-
tionem, ut opus Evangelii, quod cepistis, teneatis,
quod in eo laborandum tibi atque perseverandum
magis quam omittendum est. Memento evangelici
præcepti, quo dicitur: *Ego pro te rogavi, Petre, ut
non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus con-
firma fratres tuos* (Luc. xxii). Et iterum in Apostolo:
*Stabiles estote et immobiles, scientes quod labor uester
non est inanis coram Domino* (I Cor. v). Ideo suppli-
citer vestram dilectionem admonemus, ut fide et
opere in timore Dei et charitate vestra acquisitio,
decessorumque uestrorum, quæ per domini Gregorii
exordia pullulat convalescendo amplius extendatur,
ut ipsa promissio Domini eloquii vos ad æternam
festivitatem evocet, quæ dicit: *Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uestes*
(Matth. xi). Et iterum: *Euge, serve bone et fidelis,
quod super pauca uestisti fidelis super multa te consti-
tuam* (Matth. xxv). Interea luce sedis auctoritatem
nostræ auctoritatis privilegio firmari postulasti. Nos
vero absque ulla dilatione gratuito animo annuentes
quod rectum est, ut quod semel statutum atque
dispositum a prædecessoribus nostris cognovimus,
hoc ipsum et nos confirmemus, eoruunque vestigia
sequentes juxta ritum priscae consuetudinis, quæ a
tempore sanctæ recordationis Augustini prædeces-
soris vestri nunc usque Ecclesia tua detinuit ex
auctoritate beati Petri apostolorum principis pri-
matum omnium ecclesiarum Britanniae tibi Honorio
tuisque successoribus in perpetuum obtinere conce-
dimus. Tu ergo jurisdictioni subjici præcipimus
omnes Angliae Ecclesias et regiones, et in civitate Dorobernia metropolitanus locus et honor archi-
episcopatus et caput omnium ecclesiarum Angliae
semper in posterum servetur: et a nulla persona per
aliquam malam suasionem in alium locum mutetur.
Aliter autem si quis fecerit typho superbie instictus,
et nostræ præceptioni inobediens, et prænominalæ
Ecclesiæ concessis sue dignitatis contenderit reniti,
sciat se separatum a participatione corporis et san-
guinis Redemptoris Jesu Christi. Deus custodiat te
incolumen, reverende frater. »

« Dilectissimo fratri Theodoro Vitalianus epi-
scopus, servus servorum Dei.

« Inter plurima, quæ per vestras syllabus nobis
intimari jussisti, cognovimus etiam desiderium ve-
strum pro confirmatione diœcesis, quæ luce subje-
ctioni subjacet, quia in omnibus ex vestro aposto-

licet auctoritatis privilegio splendescere desideras. Nos ergo petitioni vestrae annentes, quia congruit pastorali sollicitudine circa ecclesias Dei, quae a priscis temporibus ab hac sede statuta intelligimus, irrefragabili ratione volumus ut sicut a nobis ita et a successoribus nostris perpetua stabilitate muniantur, unde nobis visum est te exhortari ac in praesenti commendare tuae sagacissimae sanctitati omnes ecclesias in insula Britanniae positas. Omnia ergo, quae a sancto Gregorio praedecessore nostro Augustino sincello suo statuta sunt atque firmata, vel etiam per sacrum usum pallii concessa, nos tibi in eum concedimus, et Doroberniam civitatem, ubi primitus per revelationem Jesu Christi Domini nostri fides Catholica secundum institutionem sanctorum canonum suscepta est, habeto. Ex auctoritate autem Petri apostolorum principis, cui a Domino Deo potestas data est ligandi atque solvendi in caelo ac in terra, nos licet immoriti ejusdem beati Petri clavigeri regni coelorum vicem tenentes, tibi, Theodore, tuisque successoribus sicut ab olitanis temporibus fuerint condonata in perpetuum, ita in ipsa tua metropolitana sede, quae sita est in Dorobernia, immutanda concedimus obtinenda. Si quis vero, quod non optamus, contra hanc nostrae apostolicæ definitionis privilegii auctoritatem venire tentaverit, si quidem episcopus aut presbyter aut diaconus fuerit, ex hac apostolica auctoritate decernimus, ut episcopus ordine presulatus careat, et presbyter vel diaconus a suis gradibus se uoverint dejectos, ex numero autem laicorum tam ex regibus quam principibus sive magna sive parva persona fuerit, sciat se alienum a participatione Domini nostri Jesu Christi. Hanc autem privilegii pagiuam suffultam auctoritate beati Petri apostolorum principis, cuius ministerio fungimur, tibi, Theodore, tuisque successoribus in perpetuum obtinendam delegamus. Deus te incolumem custodiat, dilectissime frater.

« SERGIUS episcopus, servus servorum Dei, ETHELREDO, ALFRIDO, ALDULFO regibus Anglorum.

« Donum gratia spiritualis, sancti Spiritus illustratione fidelium corda succedit, ac reparando reficit, et virtutis mirificæ constantia roborat, et celestium donorum beneficiorum instituit perenniter promereri suffragia, et labentium rerum exitia nihilominus præcavere. Quo usi munere pietatis Dei sancti Patres, ut quedam astrorum celestium splendifera luninaria mundi totius per ambitum renitentes gloriose post praesentis vite felicia gaudia inter numerum electorum meruere ascribi. Porro vos gens sancta, genus electum, populus acquisitionis, filii lucis, stirps regia, fidei propago de incremento virtutum gaudete in Domino et exultate quod vestri non immemoor studii egregius ac primus apostolorum Petrus fidei firmissima petra, dum mentis ac conscientiae vestrae sensu latatur, nonnumquam quoque vestrorum reminiscitur et agnoscit. Confidimus namque quod et aditum regni celestis

Aperiat, quibus tantum inter gentes, quibus Deo auspice prepolletis, favorem contulit dignitatis. Et vos igitur Christianissimi ac dilectissimi filii, ejus auctoritate collatum vobis antistitem Britwaldum Cantia sedis praesulem totiusque Britainæ primum pontificem alaci pectore menteque devota suscipie, scientes quod mercedem propriece accipiet, si quis hunc ut prophetam accipiat, et si spernere illam forsitan, quod absit! fastu quisquam prosiliat, non eum sed a quo missus est spernet. Qui juxta Dominicam vocem absque ullo admiciculo condemnabitur. Procul ergo a vobis longeque talis absit infanda temeritas ne diram hostis antiquus inobedientiam faciem in vobis inveniat, quos sancta Dei Ecclesia in gremio filiorum adoptionis sociare dignata est. Optamus ergo, quod misericordia solita Dominus noster Jesus Christus faciat vos ineffabiliter ministri ac regii culminis honore sublimari, et in examine futuri judicii reservari. »

« Dilectissimis fratribus universis episcopis per Britanniam constitutis SERGIUS.

« Sicut nobis quibus curam officii pastoralis beati Petri apostolorum principis supernæ dignatio miserationis, regimurque concessit fratris ignoti, reverendam advexit praesentiam, ita quoque vestri religiosissimi presulatus collegii, agnitis salutis germinum attulit tripudii munus. Nam omnium bonorum auctori Domino Deo nostro immensas peregrinus gratias reperta fratrum fidelium in situ sanctæ matris Ecclesiæ unausinitatis devota constantia et amore fervente inter se dilectionisque consortio. Sic enim sagaci solertia Deum complacare noscuntur, offerentes ei pura libamina cum in area pectoris splendorem veri luminis resuantes nullis illecebris mentem illudant, nullis fratrum stimulis corda percellant, nullis proximis nocentibus mentibus animant; sed ut Dei ministri speculum se subjectis vite morumque probitate exhibeant. Hinc sibi Dominum prosperantem invenient in adversis, nec quidquam poterunt hostis insidiae iis nocendo subripere, etenim ubi praesto est Domini adjutorium, cuncta fugatur spirituum malignorum adversitas. Cum ita sit, paternis astribus collectantes vestre fraternali dilectionis unanimi religiositatibus, insinuamus vobis, quod praesens dilectissimus frater Britwaldus [al. Bertwaldus] Cantuarie provincie praesul qui in sede reverenda memorie Theodori quondam archiepiscopi subrogatus est, juxta ritum presce consuetudinis, quæ a tempore sancte ac reverenda memorie D. praedecessoris nostri Gregorii Rom. pontificis nunc usque sua Ecclesia detinuit a nobis, imo a beato Petro apostolorum principe primatum omnium ecclesiarum Britanniae sortitus, cum sacro usu pallii ac venerabilis dalmaticæ illie demandatus est. Quod non incommode, fratres charissimi, adeptus promerbit, cum nequaquam fuisse tumore jactantia, sed mente subixa ac humili corde tantum munus dignus obtinuit. Quocirca hortamur fratres vestrum a Deo dicatum conser-

tium salubrique consilio monemus, ut propter Dei amorem atque futuræ vicissitudinis spem, eidem fratri vestræ regionis archiepiscopo, ac si nobis debitum ministerii honorem exsolvere, et ut præsuli primatum gerenti efficaciter sciat obediens, non ignari quid vas electionis insinuet: *Obedite præpositis vestris (Hebr. xiii); et rursum: Qui potestatis resistit, Dei ordinationi resistit (Rom. xiii).* Ideoque, fratres, vos admonemus universosque ordinum gradus, præcipientes ex hac apostolica auctoritate, ut nullus sit qui præsumat contra hæc, quæ ab hac apostolica sede olim constituta præsentibus vel futuris temporibus contraire, sed semper præmemoratae Ecclesiae concessæ potestates illibate serventur in perpetuum. Et quod vos, annuente divina clementia, hæc peracturos indubitate mente confidimus quæ commonere statuimus, fraternitatis vestrae religiosum propositum ineffabilem sancti Salvatoris nostri potentiam exoramus, ut pia vos semper religione pollentes perenni tribuat lætitia gratulari, et fraternalis affectibus collætantæ sanctorum meritis in æterna beatitudine sociari. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres. »

« GREGORIUS episcopus, servus servorum Dei, episcopis Angliæ salutem.

« Dei omnipotentis immensæ pietatis magnitudinem collaudamus, qui suæ majestatis gloriam sic dilatare dignatus est, ut in omnem terram exierit jam sonus prædicatorum suorum, et in fines orbis terræ verba eorum. Cujus ineffabili pietatis gratia, sicut noscimur procreati, ita quoque sumus adoptati, sanctæ regenerationis portantes mysterium in spem gloriae filiorum Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Reverentia itaque vestræ dicato collegio collætantæ, ut in fide stabiles, et in opere efficaces inveniamini, hortamur honore invicem prævenientes, et alter alterius onera portantes, quod sic adimplebitis legem Christi, charitatem continuam habentes in dilectione Dei et proximi, sine qua impossibile est placere Deo. Fratris igitur nostri Tatwini, qui beatæ memorie Augustini prædicatoris vestri cathedræ subrogatus est, adventus nos admodum laetificavit, quod virum religionis et magnæ probitatis, sub ipso tempore, quo apud nos stetit, cum cognovimus. Proinde auditis ejus petitionibus antecessorum ejus jura dignitatis perquiri in sacro scrinio fecimus, et invententes eum justa postulasse, sacram pallium cum venerabili usu dalmaticæ apostolica ei auctoritate tradidimus, annuentes quoque jura dignitatis omnia, quæ prædecessores sui a tempore beatæ memorie Augustini habuisse noscuntur. Sicut ergo prædecessoris nostri Gregorii Rom. pontificis decretum prefato Augustino sincello suo prædicatori vestro omnes episcopos Angliæ subjecit, sic nos, Deo auctore et beato Petro apostolorum principe, licet indigni ejus nomine vicem gerentes, tibi, Tatwine, Doroberniæ civitatis archiepiscopo tuisque successoribus legitimis omnes ecclesiæ Britannicæ earumque rectores

A subjecimus, apostolica auctoritate præcipientes, ut omnis homo totius Angliæ tuis canonicij jussionibus obediens, et te sciat esse primatrem atque speculatorum totius Insulæ, cui vices nostras per omnia gerendas in regione illa commisimus. Tuam autem Ecclesiam Doroberniæ constitutam ut propriam et primam sobolem religionis vestræ in Christo specialiter sub tuitione manus nostra tenemus, quam volumus in pacis tranquillitate vigere, ejusque jura et dignitatis privilegia in perpetuum immutata servari, quod prima et mater est aliarum omnium, primitus in vestra regione constituta in honore Sancti Salvatoris Domini nostri Jesu Christi. Scriptum est enim: *Non est sanctus ut est Dominus (II Reg. ii),* et ubi est caput vegetum, reliqua membra fortius vegetantur. Vos itaque, fratres, hæc apostolicae auctoritatis mandata cum alacritate et subjectionis reverentia audite et suscipe, et cum præfato fratre nostro archiepiscopo vestro in messe Dei laborate. Si autem quisvis hæc perturbare voluerit, et nostræ definitionis statuta divellere contenterit ac violare, sciat se contra ipsum mundi Salvatorem, et beati Petri auctoritatem niti; et ideo nisi resipuerit æternæ damnationis sententiam incurrire. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres. »

« Leo episcopus, servus servorum Dei, EDHELARDO [al. Athelardo] archiepiscopo Doroberniensis Ecclesiae in perpetuum.

C « Pontificali discretioni præcipue convenit præsulibus ecclesiarum secundum eorum irreprehensibilem fidem audientiam præbere, et eorum, qui per beatum Petrum apostolorum principem, et nos gerere desideraverint, quæ canonicij non refragentur sanctionibus, effectum concedere; ut cum id quod desiderant obtinuerint, flagrantiores erga religionis amorem existant. Exhortanda itaque nobis est ac prædicanda fraternalis almitas, pro diœcesibus Angliæ tibi commissis videlicet episcoporum seu monasteriorum tam monachorum quam clericorum et puellarum. Quæ sicut abolitanis temporibus tua ecclesia tenuit, ut in sacro scrinio nostro requisita cognovimus, ita tibi tuisque successoribus tenenda confirmamus, omnes Anglorum ecclesiæ sanctos ac egregios prædicatorum Gregorius ordinavit, atque catholice confirmavit beato Augustino archiepiscopo sincello suo subiectas fore in ævum per sacrum usum pallii: et ideo ex auctoritate beati Petri apostolorum principis, cui a Domino Deo potestas ligandi atque solvendi concessa est dicente: *Tu es Petrus et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam et portæ inferni non prævalebunt adversus eam, et tibi dabo clares regni cœlorum, et quocunque ligaveris super terram erit ligatum et in cœlis, et quocunque solveris super terram erit solutum et in cœlis (Matth. xvi),* in eo et secundum instituta sacrorum canonum censuram licet immeriti ejusdem Petri clavigeri regni cœlorum vicem gerentes, tibi Adelardo tuisque successoribus omnes Anglorum ecclesiæ sicut a priscis temporibus

fuere, in perpetuum in ipsa tua metropolitana sede per subjectionis cognitionem irrefragabili jure concedimus obtainendas. Si quis vero, quod non optamus, contra banc definitionis nostrae vel apostolici privilegii auctoritatem venire tentaverit, ex apostolica auctoritate statuimus, ut si archiepiscopus vel episcopus fuerit, ex ordine praesulatus sit dejectus: similiter presbyter vel diaconus, vel alias quilibet minister sacri ministerii si fuerit, ab ordine sit depositus. Si autem ex numero laicorum fuerit, tam rex, quam princeps, aut qualibet sive magna sive parva persona sit, a sacra communionis participatione se noverit alienum. Hanc privilegii paginam auctoritate beati Petri apostolorum principis, cuius ministerio fungimur, tibi Edhelardo tuisque successoribus in perpetuum concedimus obtainendam. Ad cuius firmatatem manibus nostris subscrisimus, illudque nomine nostro signari mandavimus. Quam etiam a Sergio scrinario nostro scribi præcipiamus mense Januario, data xv Kalend. Febr. per manum primicerii Eustathii sedis sanctæ apostolicæ imperante domino Carolo piissimo consule Augusto a Deo coronato magno pacifice in imperatore, anno secundo post consulatum ejusdem domini, inductione x. »

« Fratribus et filiis in Christo omnibus episcopis Angliae Formosus.

« Audito nefandos ritus paganorum partibus in vestris repullulasse, et vos tenuisse silentium, ut canes non valentes latrare, gladio separationis a corpore Dei Ecclesia vos ferire deliberavimus. Sed quia, ut nobis dilectus frater noster Pleimundus intimavit, tandem evigilastis, et semina verbi Dei olim venerabiliter jacta in terra Anglorum cœptis renovare, mucronem devotionis retrahentes, Dei omnipotentis et beati Petri apostolorum principis benedictionem vobis intulimus orantes, ut in bene cœptis, perseverantiam habeatis. Vos enim estis fratres de quibus loquens Dominus inter alia inquit: *Vos estis sal terræ, et si sal evanuerit, in quo salietur?* (Matth. v.) Et iterum: *Vos estis lux mundi*, significare volens per verbi sapientiam condiri mentes hominum a vobis debere: et in moribus et in vita vestra bona actionis studium quasi lumen apparere fidei, per quod gradientes, ad vitam quomodo caute ambulent, videant, ut ad promissionem æternam beatitudinis sine offensa currentes, valeant pervenire. Nunc accingimini ergo et vigilate contra leonem, qui circuit querens quem devoret, et non patiamini ulterius in regione vestra penuria pastorum Christianam fidem violari, gregem Dei vagari, dispergi, dissipari. Sed cum unus obierit, alter qui idoneus fuerit, canonice protinus subrogetur. Nam secundum legem plures facti sunt sacerdotes eo quod morte prohiberentur permanere. Quod David considerans, et in spiritu Christi Ecclesiam fore permansuram ad finem sæculi prospiciens, ait: *Pro patribus tuis nascentur tibi filii, constitues eos principes super omnem terram* (Psalm. xliv). Nulla itaque mora sit subrogandi alium,

A cum quilibet sacerdotum ex hac via migraverit, sed mox ut ille, qui primæ sedis principatum gerens inter vos cæteris episcopis præesse dignoscitur, fratris obitus fuerit denuntiatus, facta electione canonica alter consecratus succedat, quis autem inter vos principatum tenere debeat, quæ sedes episcopalibus cæteris præpollat habeatque primatum abbatianis temporibus notissimum est. Nam ut ex scriptis beati Gregorii ejusque successorum tenemus, in Dorobernia civitate metropolim sedemque primam episcopalem constat esse regni Anglorum, cui venerabilis frater noster Pleimundus nunc præesse dignoscitur, cuius honorem dignitatis nos nullo modo imminui permittimus, sed ei vices apostolicas per omnia gerere mandamus. Et sicut beatus Gregorius B papa primo vestre gentis episcopo Augustino omnes Anglorum episcopos esse subjectos constituit; sic nos prænominato fratri Doroberniae sive Cantabrigiae archiepiscopo ejusque successoribus legitimis eamdem dignitatem confirmamus, mandantes, et auctoritate Dei, et beati Petri apostolorum principis præcipientes, ut ejus canonicis dispositionibus omnes obedient, et nullus eorum, que ei suique successoribus apostolica auctoritate concessa sunt, violatur existat. Si autem quis hominum contra hec aliquando niti ac iniminetu ista tentaverit, sciat se procul dubio multandum fore gravi anathemate, et a corpore sanctæ Ecclesie, quam inquietare mulletur, perpetuo, nisi resipuerit, separandum. »

C JOANNES episcopus, servus servorum Dei, confratri DUNSTANO Dorobernensis ecclesie archiepiscopo vita perpetuae permanendam in Christo salutem.

« Si pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, et oculis conspectant vigilantibus, ne aliqua ex oribus aut errando pereat, aut serinis laniata morsibus rapitur, quanta cura quantoque sudore debemus esse per vigilis ob salutem animarum, qui dicimus pastores esse earum. Attendamus igitur nos officium exhibere erga custodiā ovium Dominicarum, et ne quasi lupo veniente, territi fugiamus: ne in die divini examinis pro desidia nostra ante summum Pastorem et negligentia vestra excruciemur, unde modis horis reverentia in sublimiore arce easteris dijudiccamur. Primum itaque tuum in quo tibi ex more antecessorum tuorum vices apostolica sedis exercere convenit, ita tibi ad plenum confirmamus, sicut beatum Augustinum, ejusque successores præfati ecclesiæ pontifices habuisse dignoscitur. Pallium vero fraternitati tuae ex more ad missarum solemnia celebranda commendamus, quo tibi non aliter nisi concedimus, quam eo usu, quem antecessores nostri prodiderunt, ecclesiæ tuae privilegiis in suo statu manentibus. Neque tua prudentia hoc incognitum habet vel cuiuscunq; quantum indumenti hanc moderatione actuum tremendum erit. Honestatibus rum tuorum hæc ornamenta convenientia quæcum, Deo auctore, possis esse conspicuus, ita ut via in filiis tuis sit regula. Et in illa, si qua fortudo illi

Inest, dirigatur, dum in ea quæ imitentur aspirant. Et in fine epistolæ, sancta Trinitas fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet, atque ita in timoris sui viam te dirigat, ut post vitæ hujus amaritudinem ad æternam pervenire simul mercamur dulcedinem. Et hoc scriptum est per manum Leonis scrinalis sedis apostolice, in mense Octobr., indictione iv, die primo Kalend. Octobr., anno 12 summi pontificis Joannis.

Hæc sacra privilegia sanctorum apostolicorum in concilio totius Angliæ lecta, tunc magnum momentum [al. firmamentum] Cantuariensis Ecclesiæ primatui attulere. Hic quoque inserta, si lectorum poterunt evitare nauseam, non incommodum locum obtinebunt. Contra quæ Thomas Eboracensis archiepiscopus parum virium habebat, nec ei diffusior calumniarum campus patebat, licet secum fautorum classes ascisceret. Opposuit tamen soli Augustino a beato concessum Gregorio, ut non solum episcopos quos ordinavit, neque hos tantummodo, qui per Eborac. episcopum essent ordinati, sed etiam omnes Britanniæ sacerdotes haberet, Domino Deo nostro Jesu Christo auctore, subjectos. Post obitum vero ejus esset inter Londinensem et Eboracensem episc. mutua gratiæ vicissitudo, et foret amplitudo prior honoris anticipatio ordinationis, voluisse Gregorium ut Augustinus poneret sedem Londoniæ, sed ipsum charitate regis Ethelberti delimitum resedisse Cantiæ. Non difficile fuisse Gregorio, si competere videret, ut pauculis verbis controversiæ ambiguitatem sedaret, dicens: Hæc tibi, Augustine, et omnibus successoribus tuis concedo; sed quod hoc rationi resultare cerneret, voluisse verba sua ventis diffundere. Hæc et hujusmodi plura pergenti dicere, quod et defensionis necessitas, et antiquitatis inscritia ejus eloquio ministraret arma, Lanfrancus disputationis pedem contulit hujusmodi vigilantissimo responso occurrens. Opinio est veritatis egena, qua niterit ut dicatur soli Augustino concessum habere subjectionem omnium episcoporum Britanniæ, et eorum etiam, qui essent ordinati per episcopum Eboracens. Exile et omnino angustum id esset munus, quod familiari ab olin suo, novo Anglo vir largiretur apostolicus; præsertim cum vivo Augustino nullus Eboracensis pontifex ordinaret, quos subjectos haberet Augustinus, sed nec aliquis ibi exstiterit episcopus. Beatus siquidem Paulinus primus ejusdem urbis præsul non tempore Augustini, sed tempore Justi, qui quartus fuit Cantiæ pontifex, illuc directus est.

Nescientem gesta Anglorum docebunt, quod dico. Hoc intelligentes sanctissimi; sedis apostolice præsules subjectionem omnium episcoporum Angliæ successoribus Augustini confirmarunt, sicut privilegia recitata testantur. Gregorianam, ut dicunt, constitutionem verbis ornantes amplissimis et liberalitate munifica prosequentes, ejusdem sedis arbitri, ejusdem sententiae patroni. Equecumque censeret ut omnes Anglorum ecclesiae ab eo loco

A mutuentur vivendi disciplinam, a cuius somite rapsuerunt credendi flammarum. Quis enim nesciat, quod a Cantia manavit Christi credulitas in Eboracum et in cæteras Angliæ ecclesias? Porro quod dicas potuisse beatum Gregorium si voluisset successoribus Augustini confirmare dicto quod concesserat Augustino, verum omnino est nec potest ambigi. Sed quod, quæso, præjudicium hoc Cantuariensi sedi affert? A simili causam proponam. Nam quando Dominus et Salvator noster Jesus Christus dixit beato Petro: *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni cælorum* (*Matth. xvi.*), potuisset adjicere si voluisset: Eamdem potestate successoribus tuis concedo; verum dicti prætermisso nihil reverentiae immunit successoribus Petri. Ibisne his verbis obvia? referesne adversa? Enimvero omnium Christianorum conscientiis est inclytum, ut nihilominus quam beato Petro, successoribus ejus et minantibus atremant, et serenam dignitatem indulgentibus gaudenter applaudant. Estque tunc demum omnium ecclesiasticarum rerum rata dispensatio, si successorum beati Petri fuerit comprobata judicio. Quid illud agit, nisi vis divinæ liberalitatis per Dominum Jesum a beato Petro in vicarios ejus diffusa? Ergo de similibus idem pronuntiabis judicium si dialecticam nosti. Præterea quod valet in toto valet in parte: quod valet in majori, valet in minori. Romana Ecclesia quasi totum est omnium ecclesiarum, cæteræ Ecclesiæ quasi ejus partes. Sicut enim quodam intuitu homo est genus individuorum suorum, et tamen in unoquoque individuo inest totius hominis tota proprietas, ita quodam respectu sedes Romana est genus, et totum omnium ecclesiarum; et tamen in unaquaque ecclesia totius Christianæ fidei tota regnat integritas. Ipsa est major omnium ecclesiarum, et quod in ea valet, debet et valere in minoribus, ut potestas primi cujuscunque ecclesiæ principis in succedentes dimanet, nisi si quid personaliter et nominativi excipiatur. Quare sicut Christus dixit omnibus præsulibus Romanis quod dixit beato Petro, ita quod dixit Gregorius omnibus successoribus Augustini dixit in Augustino; hinc consilicium ut, sicut Cantia subjicitur Romæ, quod ex ea fidem accepit, ita Eboracum subjiciatur Cantice, quæ eo prædicatores misit. Jam vero quod allegas, voluisse Gregorium ut Augustinus resideret Londoniæ, fluctuat plane. Qui enim firmari potest, ut ipse magistri sui voluntati resultans, in repulsam decretorum ire? Sed famæ tam multorum assensu firmatae derogare fidem refuto. Esto enim ut alias migraret, quid ad me, qui Londinensis episcopus non sum? Nihil enim mea interest, nisi quod usus antiquitatis non patitur, si tu cum Londinensi pontifice primatus honorem partaris. Ea re si, lice sequestra, pace media negotium ventilari desideres, pro mei juris officio non deero recto judicio. Succubuit tantis rationibus Thomas, et

placitum ad moderationem transferens libenter A conditioni concessit animum, ut ulterior ripa Humbræ fluminis esset principium suæ diœcesis, citerior esset limes parochiæ Cantuariensis. Emicat Lanfrancus, tripudio et victrici causa fretus, gesta scripto exceptit, ne se præterirent, et laberentur recentia, et rerum necessiarum posteri fraudarentur notitia, modeste sane, ut nec scienda prætermitteret, nec dicendo efflueret, quod in proprias laudes faciliari odiosa jactantia est. Verunitamen ego conjicio nullum alium potuisse tantam dubietatem ad planum absolvare quantilibet quis vigeret industria, et cui etiam suffragaretur ipsa, quæ Lanfranco, justitia. Erat enim tunc temporis in doctrina et mundi sapientia famosissimus, et quem venerabiliter suspiceret Alexander apololicus : honoris maximum fuit indicium cum Romam venienti sequestrato illo Romani supercilii fastu dignanter assureret, professus, hanc venerationem non se illius archiepiscopatu, sed magisterio litterarum deferre. Quapropter se fecisse quod esset honoris : illum debere facere quod esset justitia, ut pro more omnium archiepiscoporum sancti Petri vicarii vestigis advolveretur. Reddidiit ille debitum tanti amoris expertus insignia, ut quæcumque petenda putasset haud dubie impetraret. Venique ambos itineris sui comites Thomam archiepiscopum Eboracensem, et Remigium episcopum Lincolniensem baculis et annulis exsoliatos ; quod primus esset filius presbyteri, secundus pro auxiliis Willielmo venienti Angliam præbitis factus esset episcopus, divinum munus bellicosis laboribus nundinatus, precibus suis restituit officio. Papa enim pondus facti a se rejiciens in eum considerationem transfudit, bene an secus fieret, redderet ipse investuras si vellet, si minus, faceret quod commodum sciret. Ita illi de manu Lanfranci baculos et annulos recipientes ketum ad patriam cum eodem moliti sunt redditum. Nec minori eum amoris diligentia palpandum curavit Gregorius Alexandri successor multa illius consilio transigens, multa etiam domesticis suis ignota illius conscientiae communicans. Sermonis hujuscemodi veritati assistit epistola initio papatus Angliam directa, quæ inter epistolæ Lanfranci reperitur. Porro Willielmus rex in omnibus ei assurgebat, aggaudebatque et ei et aliis, quos in bono fervore audisset, permisitque ei concilia congregare, quorum unius actio hæc est :

« Anno Domini millesimo septuagesimo quinto. Regnante Willielmo anno nono, congregatum est concilium in Londonia, præsidente Lanfranco archiepiscopo Doroberniensi, considentibus secum Thoma archiepiscopo Eboracensi et cæteris episcopis. Roffensis ecclesia per id tempus pastore carebat. Lindiffarnensis qui et Dunelmensis episcopus canonicam excusationem habens concilio interesse non potuit. Et quod multis retro annis in Anglo regnu usus conciliariorum obsoleverat, renovata sunt nonnulla, quæ antiquis etiam fuerant canonibus definita. Ex concilio igitur Toletano quarto, Milevi-

B tano atque Bracarensi statutum est, ut singuli secundum ordinationis suæ tempora sedeant, præter eos qui ex antiqua consuetudine sive suarum ecclesiarum privilegiis digniores sedes habent. De qua re interrogati sunt senes et ætate proiecti, quid vel ipsi vidissent, vel a majoribus atque antiquioribus veraciter ac probabiliter ipsi audissent, super quo responso petite sunt inducie ac concessse usque in crastinum. Crastina autem die concorditer perhibuere, quod Eboracensis archiepiscopus ad dextram Doroberniensis sedere debeat; Londoniensis episcopus ad sinistram, Wenlanus juxta Eboracensem, si vero Eboracensis desit, Londinensis ad dexteram, Wenlanus ad sinistram. Ex Regula beati Benedicti et ex antiqua regularium locorum consuetudine, ut monachi proprium ordinem tenerent, et proprietate careant. Si quis vero cum proprietate inconfessus obierit, in cæmeterio non sepeliatur. Ex decretis summorum pontificum Damasi et Leonis, nec non ex conciliis Sardicensi et Laodiceensi, in quibus prohibetur episcopalibus sedes in villis existere, concessum est regia munificentia et syndicali auctoritate episcopis de villis transire ad civitates, Hermanno de Schireburne ad Salesberiam; Stigando de Selescia ad Ciceriam; Petro de Lichfield ad Cestriam. Ex multis Romanorum præsulum decretis, diversisque sacrorum canonum auctoritatibus, ne quis alienum clericum, vel monachum sine commendatitiis litteris ordinet, vel retineat. Ad comprimentam quorundam indiscretorum insolentian ex communi decreto sancitam est, ne quis in concilio loquatur, præter licentiam a metropolitano concessam, exceptis episcopis et abbatibus. Ex decretis Gregorij majoris, et minoris, ut nullus de propria cognatione vel uxoris defuncta, seu quam cognatus habuit uxorem accipiat, quod usque parentelæ ex alterutra parte ad septimum gradum perveniat. Ut nullus sacros ordines seu officium ecclesiasticum emat, vel vendat. Ne sortes, seu divinationes ab aliquo exerceantur. Ex conciliis Heliobritano et Toletano decimo, ut nullus episcopus vel abbas, seu quilibet ex clero, hominem truncandum membris, vel occidendum judicet, vel judicantibus faveat. »

D Interea cum Pater Lanfrancus omnibus virtutibus solidaret ingenium, componeret animum, tum eleemosyna præcipue, aiunt ejus prognosticon fuisse : « Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (Luc. xi). » Quo ille accepto ab acclamantibus hilari vultu ad Dominum direxit : « Certemus ergo mutua vicissitudine, tu dando, ego dispertiendo. » Respondit cœlestis pietas prædicabilis viri voto : affluebantque sibi tanta quæ quantumlibet ambitum possent et explere, et vincere.

Nec ille segnis erat in ergando, avaritiam familiare Longobardis vitium, ex sua persona propulsans, et decutiens. Et erat non inconsideratus doctator, nec deperibat ejus liberalitas, quam discretio, et animi condiebat alacritas : lux quo valens

eius non cadebat in terram, sed erat accipienti gravissima, sicut sol mane novo exoriens, qui discus-sis nubilis tranquillat ventos, et serenat aera. Ex-pendebantur ergo pauperibus panes, calcei, et prorsus quæ ad victum pertinent et vestitum, de-narii non dabantur maturiori tractatu, consilio pro-fundiori, quod hujus temporis vulgus suffarcinato etiam marsupio, sicco concoquat ore famem. Et quasi aliquid sacrosanctum vitat dare pro victu nummuin, ne debilitet numerum. Clericis egeni-bus, et monasteriis immensum quantum nummo-rum cumulans, plerumque verecundiores ad rogan-dum invitans. Nec pudebat archiepiscopum alte succinctum pauperibus cibos apponere, et tenuioris fortunæ scholares ad disputationum pugnam com-mittere. Post verba utriusque læti ababant, dum et victor scientiæ præmium, et victus acciperet vere-cundiæ solatum. Aedificia ecclesiæ, cui sedebat, vorax flamma ante non multum consumpsérat, cu-mulabatque ruinam aggeres parietum, disjecta tectorum. Ille deturbatis veteribus fundamentis suscitavit in ampliorem statum omnia: ignores ma-jore pulchritudine, an velocitate. Auxit enim bonæ voluntatis gloriam celeritatis industria. Et primo quidem monachos, tumultuaris et angustis, post elaboratis et magnificis ædibus inclusit. Jam vero ex abundantia est dicere quantum ibi ornamentorum congesserit, vel in palliis et sacris vestibus, in quibus cedente materia manus aurisicem vincebat expensarum pretium, vel in diversis coloribus pic-turis, vel lenocinante splendore fucorum ars spe-cabilis rapiebat animos, et pulchritudinis gratia sollicitabat oculos ad lacunaria. Possessiones omnes villarum, quæ vel antecessorum incuria, vel exacto-rum violentia aliena ingemiscebant imperia, in jus domesticum revocavit, favente rege et manu Je-niente: adeo ut etiam ab ejusdem regis fratre Odone Bajocensi episcopo, et comite Cantiae placito extorqueret, quod ille injuste detinebat. Animus enim versipellis et fallax bona Cantuariensis Ec-clesiae inhiaverat, et profecto pessum dedisset, nisi Lanfrancus obstaret. Prævalebat in eo animæ vivacitas, sed et beatissimi Dunstani in eum favor effusus. Nam quotiescumque in talibus cunctabun-dus ne res male vergeret suspensam differret sen-tentiam, aderat ille soporato detegens adver-siorum argutias, et evadendi demonstrans semitas. Quin etiam quondam ægrum, et cunctantis vitae pertasum in visione, qua videretur cum eo luc-tam inivisse, eripuit discriminis, restituit bonæ va-letudini. Monachi Cantuarienses, sicut omnes tunc temporis in Anglia, sæcularibus haud absimiles erant, nisi quod pudicitiam non facile proderent, canum cursibus avocari, avium predam raptu alia-rum volucrum per inane seqni, spumanis equi tergum premere, tesseras quatere, potibus indulgere delicatoriæ victu, et accuratoriæ cultu fragilitatem, nescire, parcimoniam abnueret, et cetera id genus, ut magis illos consules, quam monachos præfere-

A quentia famulantium dices: hoc ille conspicatus aliquandiu patientiam tenuit, nec quominus pavido-s rancore austoritatis exterruit. Sciebat enim artis artium, id est regiminis animarum peritissi-mus consuetudinem a natura esse secundam, et repentina morum conversione teneriores exacerbari animos. Quapropter blandis monitionibus per intervalla temporis nunc illa, nunc ista subtrahens cote virtutum rudes exacuebat ad bonum mentes, elimabatque ab iis vitiorum rubiginem; et unde-cunque malorum extirpabat plantaria, continuo ibi honorum jaciebat semina. Nec prius absitit, quam adulterinis abdicatis fetibus ultronei geniales virtutum adoptarent successus. Sunt hodie ampliori, quam uspiam Angliæ, ut decet numero, re-ligione Cluniacensibus non impares. Plorimus in-est iis adhuc Lanfrancus, multa viri memoria, ingens in Deum devotio, pulchra in advenientes affa-bilitas manet, nec in ævum abolebitur communis in omnes, singularis in unumquemque illius charitas. Quod nullum unquam tristem permitteret, sed si quemquam subnubilum videret, statim sciscitare-tur causam et quæreret, cognitæ impiger medero-tur. Ultroneus juvenibus offerre denarios, quibus necessitudinum propriarum inopia occurrerent. Si autem datum fortuito excederet, geminare, idque clam alii esse præcipere. Providens præterea per totam Angliam monachis, ut nec deplorarent ne-cessaria, nec claudicarent a Regula. Jamque enim episcoporum livor increverat, volentium ab episco-palibus sedibus monachos clericis immissis extru-dere. Auctor hujus factionis fuit Walchelinus Wen-tanus ad cætera bonus, sed in hoc ad pravum con-siliis susurronum flexus, plus XL canonicos, cap-pis et superpelliclis ornaverat. Regem in senten-tiam traxerat et tantum morem in medio ut archi-episcopi consensum eliceret. Is quo minus haberetur, nihil dubitandum. At ille auditum facinus exhor-ruit, et tot potentum excogitatas machinas, utcasses aranearum, solo intuitu dissolvit. Quin etiam ne idem auderent posteri, egit, ut Alexander papa scriptis inhiberet: magnum id, et laudandum, ut quod sedula sanctorum benignitas tempore regis Edgari inchoaverit, iste labefactari non permiserit. Quamvis nunquam comparatione factum hujus cum illorum facto pensitetur. Nam illi totius Angliæ magistri, arridente rege facile quod vellent efficerent. Iste autem solus contra tot obstantes rem profligaverit et vicerit, abbatiam Sancti Al-bani per Paulum abbatem, quem ibi constituit, in eum quo nunc est statum provexit. In Rossensi episcopatu clerici servientes vix ad quaternarium numerum assurgere poterant, et ipsi quotidiani panis egentes. Hos per Gundulsum episcopum sus-tentans sumptibus propriis monachos ad quinqua-ginta introduxit, quibus villa magnifica data pro-curavit, ut non solum non afficerentur inopia, sed etiam victualium gauderent copia. Extra Cantuariam urbem in aquilonali parte lapidea-

domos omnibus egenis, in occidentali parte regia valetudine fluentibus ligneas locavit, canonicis etiam apud sanctum Gregorium regularibus institutis, qui iis divina ficerent officia, divisis pro varietate sexuum habitaculis, sumptibus provisio, ministris delegatis, hujusmodi tempore Willielmi majoris insistebat operibus, non multas de his, quæ ab eo peteuda putasset repulsas passus. Nam ad cæteros minus civilis, illi erat affectuosus et dulcis, laboranti ergo justitiae præbebat manum ne labeatur in præceps; ceterum multoties vita suæ tedium apud amicos ingemiscens, conjectabatque et prædicebat ex præsentibus futurorum pestem vir sagacis animi, et ævi maturus. Nec eum sefellit æstimatio. Siquidem defuncto patre, junior Willielmus in regnum suffectus, cum Lanfrancum parum sibi conniventer offendere, ingentibus promissis juris et æqui tenendi mollitum ad suffragium suum avertit. Sed potestate potitus, multisque pro deletione principum pene omnium angoribus conflicatus promissa negligebat. Quapropter sponsonis ab archiepiscopo admonitus turbide respondit: Quis omnia potest facere quæ promittit? His pertæsus non mioras longas in luce traxit: sed post annos xix episcopatus febrim nactus, cum medici consulti necessariam potionem respondissent, prius se confessione et viatico munivit. Hinc poculo sumpto, sed in contrarium verso effavit, qualem semper optaverat exitum, sortitus; hoc enim domesticis constitebatur; se Dominum deprecari ut vel dysenteria vel febris ur gente moreretur, quod hæc valetudines nec memoriā turbent, nec loquela implacent. Vir cuius industria prædicabit Cantia, cuius doctrinam in discipulis ejus stupebit Latinitas, quantum omnes anni durabunt. Nam ipse pauca ingenii sui monumenta reliquit, decretales epistolas, et præcipua contra Berengarium.

Post eum vacavit sedes archiepiscopatus annis plus quatuor. Rex enim malorum susurronum consiliis plus justo credulus, omnes sibi redditus annuerabat. Sed de talibus alias dixi, multum, ut decet, regie majestati deferens. Ad præsens nos aliud urget opus, ut de successore Lanfranci ruinæ seriem pertendantur. Quanquam nos seriatim verba, sed summatum facta executurus sum, prono favore domino Edmiero cedens, qui omnia ita lucide exposuit, ut ea quodammodo subjecisse oculis nostris videantur. De Anselmo est sermo, qui in Augusta civitate oriundus, quæ se primam transcendentibus Alpes exhibet, mediocritatem natalium in clarissimam famam face virtutum suarum extulit. Puer litteris institutus, pueritiam egressus nunquam vel lasciviori aspectu castimoniam turbavit. Patriam terram exundi patris ira adolescenti occasionem ingessit: quam cum ille nullo posset lenire ingenio, ne domestica sinueltas in violationem naturæ transiret abscessu sefelliit suo. Evasis Alpibus, cum volutaret anxius animi quo tenderet, divina dignatio fluctuantem serenavit. Non thmaniam ad Lanfrancum

A eundum, cum quo si moraretur, et patriæ necessitudine, et litterarum somite incolatum levigare. Cum ergo Beccum venisset, non aspernante a Lanfranco susceptus, magnum ei levamentum ad scholas regendas fuit. Adolescebat, interea virtus curævo, industria cum ingenio. Jamque vernans tempus ætatis meditabatur in robur juvenilis serpere. Erat enim: xvii annorum cum desiderio monastica religionis afflatus est.

B Nam etiam olim tenellus puer idem desideraverat, insignes ausus in angusto corpusculo versans. Peirat, et acceperat adeo gravis morbi incommodum, quo parens uterque perterritus Deo filium voteret. Tunc vero pluribus secum ratiocinationibus agbat, quid præstaret, eremitam agere vel monachum.

C B Si monachum, utrum conduceret anima diviti loci, an tenui. Dives scilicet locus conferret pro ubertate reddituum, sed auferret penitudinis tedium pro copia necessariorum. Tenuis econtra pro laboribus lasciviam excuteret, sed pro debilitate virum multiplicaret susurrum. Item utrum melius esset monachum sieri Becci, an alibi; si Becci, frustra te ingenium trivisse in litteris, cum nullus esset ibi quem doceret, quod quamlibet magnam scientiam fama Lanfranci obscuraret. Si alibi, ubi pauci essent litteris probati, ex solitudine et singularitate scientie possa superbiam generari. Has ratiocinationes secum decoctas in amantis sui Lanfranci simum competenti evaporavit tempore. Ille ad Maurelium Rothmagensem archiepiscopum referendum censit, quod esset monachus, et quod pro longioritate religionis sectarum omnium discretus arbitri. Quid morer? Prolatis et discussis rationibus monachatus præsertur cunctis religionibus, quod soli monachi vivant sub alieno arbitrio, substernant obediencie, valescant voluntati propriæ; locus Beccos eligitur, ubi temperato inter egenum et superfluum usu, nec labor frangeret, nec mollities emeraret, ubi surgenteum fastum in Anselmo premere Lanfranci comparatio. Monachi non esse, ut per doctrinam nundinetur famam, ut cupiditate glorie reddat litteraturam. Fit ergo ibi monachus, et post triennium translato Lanfranco Cadomum, prior ab Herlewino abbate institutus est. In quo officio IV annis vitam suam omnibus virtutibus excoluit, jucunibus maxime intendens, quod pro zelatis tenetudine possent vel industria ad bonum, vel incuria ad malum effigiari; frugalitati adeo insuevit, ut tunc constricta vitalia, posteriori tempore, etiam si vellet, ampliori cibo aditum negarent. Peculiaritatis vitium cum in se voluntate, tum in aliis predicatione extirpabat, id esse solum dictum, quod diabolum e cœlo, hominem e paradiso eliminaverat, quod ipsi Dei præcepti transfigæ, voluntati indolissent propriæ. Itaque proprio mentis arbitrio indulgentiam auferens, nihil omnino exterius aggredabat omnis generis peccatum adeo cavers, ut derret, malle se case sine peccato in inferno, quam cum peccato in cœlo: dictum tunc plausibus exceptum,

D

nunc intellectorem desiderat, sed alias quærendus expitor. Orationum et meditationum ejus instantiam indicat liber de his, Spiritu sancto, ut credimus, dictante conscriptus, cuius ipse afflentiam bibulis hauserat medullis : soliloquiorum etiam ad se et allocationum ad Deum libri, quibus cogitata omnium antecessorum evicit, vel, ut mitius dicam, in unum acervum coagit. Credulitatem enim nostram, quam illi auctoritate extorquere voluit, ille ratione roborat, quod credimus, ita esse, nec aliter esse posse, invincibilibus approbans argumentis, discretione et patientia ænulorum animos obtinuit, qui sibi prælatum illum dolerent. Sedulitate in defunctum juvenem cæterorum omnium ad bonum accedit ignaviam, animavit industriam. Nec interea tacita in ejus pectore sine miraculis vivebat religio, sed non paucis signis Deus viri gratiam exhibebat, cogitanti nocte quomodo Deus potuisset prophetis uno momento ostendere præterita, praesentia et futura, idem munus collatum. Reclusis enim a dormitorio in ecclesiam omnium parietum obstaculis, videt monachum cuius id curse erat, a lecto egressum funem signi tenere, quo monachos admoneret surgere, pudendorum saudes solo ejus visu in sanitatem resroruit, lavatura manuum ejus in potu sumpta leprosus luridam cutem exuit. Languidum morti vicinum qui se videt a lupis immanibus circumspatum, belluinoque rictu devorandum, ideoque clamores horrendos ejiceret, adventu suo fugatis hostibus placida quiete donavit. Alter a desperato morbo per aquæ benedictæ jacum convalnit, tertius illecebras earnis ejus benedictione evasit : is fuit Boso tunc juvenis, postea Beccensis abbas, qui cum Anselmo in libro, *Cur Deus homo*, loquitur.

Qui juvenis adhuc ab eo monachus factus recentis professionis tedium patiebatur, veteris et desuetæ flammæ agnoscens et ingemiscens vestigia. Quapropter Patri æstus suos confessus, hoc tantum responsi accepit : Deus misereatur tibi, fili. Quo dicto, animæ patientis lux serena influens coagulum vitiorum extenuavit et depulit. Defuncto dehinc Illewyno abbate amplius munus suscepit Anselmus ab omnibus Beccensibus in abbatem electus, quamvis multis excusationibus refugere niteretur. Hoc ille magnis virtutibus inseruit, de quibus par videretur aliquas perstringere, nam xv annis, quoque hoc officium exercuit. Sed quia est animus magis illa describere, quæ ad ejus archiepiscopatum pertinent, surabor, et pertransibo locum hunc. Castigat enim et præcipitat dicendi moras suscepti operis necessitas, ne reculcare videar, quæ clarissimo præoccupata sunt ingenio. Quamvis, sicut in alijs dixi, non videatur absurdum si virtutum ejus et operum indicem texuero, ut qui spatio illa volumina non attigit, isto instruatur compendio. Suscepit ergo in alteram vitam Lanfranco, deprædationes ecclesiæ ubique in Anglia, bonorum proscriptiones exerceri. Mater ecclesiæ in Cantuaria fisco adjecta regio, annuis et sæpe fâliam monstruis exactoribus

PATROL. CLXXIX.

A vellicabatur. Tolerabilius enim prope modum videatur, si unius, cui consuisset, perpetuum imperium ingemiseret, quam novis et sibi semper succedentibus dominis subjaceret. Inter hæc apud epispos silentium grande, nec erant canes qui latrare valerent. Nulla vox credebatur dolori, intra [al., contra] conscientiam strangulabatur judicium ob unius hominis metum. Nam quid attinet loqui, ubi loquendo irrites odium, nec ullum nanciscaris emolumendum? Erat tamen spes nonnulla his malis posse imponi sine, si quando Cantuariensem archiepiscopum viderent, qui esset os omnium, vexillifer prævius, umbo publicus. Spargebaturque in vulgo rumor, haud equidem sine mente et numine Dei, ut arbitror, Anselmum fore archiepiscopum virum peccatum sanctum, anxie doctum, felicem futuram hujus hominis benedictionibus Angliam. Hujusmodi verba ad aures ejus prolatæ continuerunt eum in Northmania totis v annis, quamvis crebro causis ingruentiibus ultra mare advocaretur. Invitabat ergo eum multorum necessitas, sed retrahebat timor, ne famæ melioris oblitus raptari ambitione archiepiscopatus putaretur. Postremo, cum jam differre sine dispendio animarum nequiret, in Angliam navigavit, conscientiæ sue puritatem Domino sacrificans. Cæterum quid homines loquerentur, ipsi viderent, cum quantum sua interesset, eorum obloquia honesta diu conversatione vitasset. Similiter etiam rumor de ejus archiepiscopatu minas olim intentans longinquitate temporis detepuerat. Adventus plures et rationabiles fuere causæ, sed hæ præcipuae, ut abbatiam apud Cestrum firmaret, quam ejusdem civitatis comes Hugo monachis potissimum Beccensibus implere volebat; ut eundem Hugonem jamdudum languentem visitaret, qui quanquam in supremis positus omnium in confessione supercilium recusans Anselmum expetebat, veteris amicitiæ pignus apud eum depositurus, si moreretur, ut prædiorum suorum vectigalia lenito intercessionibus suis rege levigaret. Et prima quidem continuo expedivit, tertium vero absoluturus, curiam contendit. Nec molles, ut alii rimatus aditus, statim ut venit sanctitatis reverentia in interiora admissus est. Data secreti copia, cuncta, quibus regem accusabat fama, incunctanter aperuit, necessitates quoque suas modeste, allegans. Ille omnia negotia Beccensis ecclesiæ ad arbitrium rectoris componens, cæterarum rerum amaritudinem cachinno dissolvit, famæ licentiae non se posse obviare dictitans, cæterum sanctum virum non delere illa credere, neque enim procaeciore responso exsufflare hominem tunc volebat, sciens quanti eum pater et mater pendere soliti essent, dum addiverent. Nam et hoc in rege magnificum videri debet, quod qui omnia pro potestate facere posset, magis quædam joco eludebat, ad sales multa extra judicium animi transferens. Cum enim ab episcopis ei suggereretur, ut permitteret orationes per regnum fieri, quo Deus ei dignaretur inspirare ut matrem ecclesiæ pastore sublevaret, respondit ludi-

47

bundus risu iram dissimulans : « Orate quod vultis, ego faciam quod placebit, quod nullius unquam oratio voluntatem meam iubefactabit. » Item cum in consensu procerum de Anselmo haberetur verbum, unus intulit, ipsum esse solum nostro tempore nullius honoris cupidum : tum ille subsannans, « Nec, ait, archiepiscopatus Cantuariensis? » quod cum ei æque a colloquente negaretur, affirmavit Anselmum omnia pedibus, manibusque acturum, si modo nullius spei honoris illius consequendi nancisceretur spiritum, sed, per sanctum, inquit, vultum de Luca, et ipse et omnes archiepiscopatus competitores hoc tempore mihi cedent, quod ego archiepiscopus ero. Talia frequenter ingeminans, mox vim morbi gravem persensit, quo aucto post paucas horas decubuit. Ac tum forte Anselmus a tumultibus curie se removerat, sed perniciitate a rege directi nuntii concitatus, desideranti præsentiam suam exhibuit, cuius confessione, ex consensu episcorum suscepta, de peccatis dolentem instituit, ut virgam emendationis indicem per episcopos, qui tunc frequentes convenerant, super altare vadere mitteret, viatuatis Ecclesiis pastores sufficeret, exsules restitueret, vinculatos expediret. Facit ille omnia, nibilo remissiori devotione quam si a Deo juberetur, urget eum ainarior valetudo, pœnasque delictorum reposcere sperabatur. Tunc commode ad circumstantes sermonem produxit ægrotus de consolatione Cantuariensis ecclesiae, in episcopos ejus rei considerationem transmittens. Plausu exceptum est verbum, ibatque clamor in cœlum, bona, et salutem regi optantium. Transfunditur tamen in eum consultationis dignatio, pronisque mentibus in assensum regium pendetur, ut quem ipse dignum pronuntiaret, cuncti prolecto susciperent. Ita ille cubito sese attollens, hunc, ait, sanctum virum Anselmum eligo, ingenti subsecuto fragore faventium.

Hoc audito, securitatem Anselmi pectoris pavor hausit, simul et facies impalluit. Conantem super his excusationes moliri, in partem tulerunt episcopi: et primo quidem his verbis deliniunt: Gratularetur temporis, quod ipse Deus procul dubio administrasset, ut per ejus archiepiscopatum possent tot per Angliam mala recidi, perturbationibus omnibus dexter modus imponi; pronuntiaret ille, quod fieri in Dei rebus vellet, se non defuturos ejus suffragio; ille Dominum pro eis oraret, ipsi forensia, si qua essent, pro eo susciperent; susciperet ergo benignè, quod divinitus regi feroci videbatur inspiratum, ne omnium perversitatum, quæ deinceps in regno emergenter, culpabilis eset. Talia jactabant; sed ipse futurorum præsagus, omnes eorum rationationes levi responso exuit: Tanto ponderi se pro ætatis debilitate non esse congruum; præsumptuorum si juvenis quilibet tantum tentaret laborem, nedum ipse cui sanguis heberet, et cuius vires semula senectus carpsisset, sæcularia negotia se nescire, quia nollet scire, quorum occupationes, semper post monachatum horruisset, liberum asse-

A class animum voluptati sanctorum Scripturarum intendere: velle illos diasonantia facere, ut aratum sanctæ ecclesiæ, quod in Anglia duo boves validi, et pari fortitudine ad bonum certantes, id est rex et archiepiscopus Cantuariensis debeant trahere, nunc ove vetula cum lauro indomito jugata distorqueatur a recto: « Et ego, inquit, sum ovis vetula, qui, si quietus essem, verbi Dei lacte et operimento lanæ, aliquibus possem fortassis non ingratus esse; sed si me cum hoc taurō conjungitis, videbitis pro dissipilitate trahentium aratum non recte procedere. Nullum ergo de hoc facto emolumentum habebitis, imo dum timor vestra oppilaverit ora, videbitis Ecclesiam, cui inconsulte consulere vultis, vivo pastore carentem. Præterea, cum sim alterius regni abbas, quam indecens et ambitione plenum sit, videtis, ut defraudem monachos, quibus tutelam, et archiepiscopum exhonorem, cui professionem debo. » Eo instantius illi urgere, et omnibus quæ objecerat festinam medelam promittere. Rex quoque nuntiata sibi obstinatione repulsa, per paternam et maternam amicitiam obtestari, ne sue detrimento anima, velit in sententia permanere, quin etiam omnibus ad ejus pedes provolutis, ipse quoque in faciem concidit, nullisque flectebatur heros lacrymis, nullis lactabatur promissis, adeo (ut postea sub oblatione deitatis dicebat) tunc anxius, ut si voluntas Dei esset, mallet carere spiritu, quam tanto curarum fluctuare æstu: quin et monachos suos præsentes de suffragio lacrymabiliter appellabat, donec episcopi mutuo se cohortati, impetum quasi in hostem conjurant. Itaque pars a tergo, pars ab ante, eum ad lectum jacentis impellunt. Arreptaque manus digitos, quos in volam stricte curvaverat, erigere conantur; aliquantoque labore cassato, quod fortitudinem in viro suscitaverat ira, et dolor, vix indice levato cum ille pro violentia voces dolentis exprimeret, baculum pastoralem apposuere. Stringentes continuo manum ne abjiceret, traxerunt potius quam duxerunt in ecclesiam, solemnia pre more munia executi: et licet læta vox omnium: Te Deum laudamus canentium, diverberaret auras; ille, nisu, quo poterat, clamabat: « Nihil est quod agitis, nolo, non consentio; » regressusque ad regem illum propediem melius habiturum dixit se non consensisse violentiae: ideoque omnia, quæ facta fuerant, de hac re in sein irritum deduci posse et debere.

His dictis, comitatus magnatibus excedens curia, successit hospitio, lacrymas ubertum ejicies, multoque dolore gravis. Tali ergo gesta internæ voluntatis interprete, magis intendit [al., accendit] de cumbentis animos, ut statim juberet ipsum pronuntiari in vulnus archiepiscopum, investiriique omnibus, quæ ad ecclesias Cantuariensis spectant rediles, urbem præterea Cantuariæ, quam archiepiscopus Lanfrancus habuerat ex beneficio, isti concessit ex solido. Act. anno ab Incarnatione Domini 1093, præ die Non. Martii prima Dominica Quadragesimæ.

Anselmus igitur in prædia ecclesiastici juris abiit,

et rex discussa infirmitate convaluit. Impigre enim quod incepérat, urgebat, ut Anselmum in archiepiscopatu firmaret; missique sunt nuntii in Northmanniam cum litteris regis ad archiepiscopum Rothomagensem et monachos Beccenses, qui liberam ei cessionem impetrarent. Illi quoque rationem rei qua petebatur, diligenter lance pensantes, aliquantis controversiis prolati, et eventilitatis tandem concesserunt. Sed suspendit ordinationem ejus similitas inter ipsum et regem, irrepens hujuscemodi de causa. Convenerat eum rex favorabilibus assentationibus, ut possessiones Ecclesiæ Christi, quas ipse ab alienaverat, voluntaria dignatione in clientum suorum jus æternum transcriberet, qui illas post decessum Lanfranci, per ejus donum invaserant: negavit Anselmus infligere damnum ecclesiæ, cui ipse nihil contulisset. Commota ex his principiis bile, quod ante de pontificatu ejus summo celebrabat studio, dilatum, et pene omisso: unde egregia mens ejus assurrexit lætitia, sperans se omni prælationis defunctum munere, et in solitariam vitam transferendum. Jam enim abbatiæ dato baculo decesserat per Rothomagensem archiepiscopum Willielmum absolutus. Solebatque tunc, et sæpe profiteri, quod ad nullam prælationem valeret, nisi ad prioratum claustrum, quia et gauderet otio, et aliis laboribus impar, linguam ad benedicendum promptam haberet. Verumtamen multo fluente tempore omnium querelis rex turbatus, quod carentes rectore pessum irent ecclesiæ, vix persuasit ei, ut suscipiens archiepiscopatum consensu suo cunctorum roboraret desiderium. Ingentibus autem promissis, quæ ipsas onerarent auras, effusis, quæ hominem illicerent, tardantea impellerent, regalia pro more illius temporis faciens principi, vii Kal. Octobris, Cantuariae assedit; sed pridie N. Decembbris ab omnibus episcopis Angliæ solemnia episcopalia suscepit: sicutque prognosticon ejus: «Vocavit multis, et misit servum suum hora coenæ dicere invitatis ut venirent, quia parata sunt omnia, et cooperunt omnes simul excusare (Luc. xiv), » nec multo post rex mare transiit. Erant his diebus duo competitores Romani præsulatus, Wibertus et Urbanus, summi ambo et præstantes viri, neuterque alteri pro persona cedebat. Consensu dubio fluctuabat Anglia, in Wibertum tamen metu regis inclinatior. Anselmus jamdudum Urbanum in papam suscepérat, idque rege non abnuente exceperat, cum ad archiepiscopatum eligeretur. Verumtamen cum ille redisset in regnum, cassus moliminiis, quo meditatus fuerat fratrem provinciam spoliare, adiit eum pontifex, petitiisque licentiam Romam eundi pro pallio sumendo a papa Urbano.

Hoc dicto, rex, ut semper calori pronus erat, novas causas irarum invenit: excitatusque in malum pronuntiavit, non rectam eum fidem, quam sibi promiserat, posse servare, si sua sine licentia Urbanum, vel quemlibet papam appellaret. Differendum id ad frequentiorem conventum respondit Anselmus,

A serioque tractandum, utrum ideo fidelitatem terreni Domini debilitaret, si vicarium sancti Petri appellaret. Magnis ergo utrinque motibus, magnis consultationibus actuū: eratque ratiocinatio regis hujusmodi: Consuetudo regni mei est a patre meo instituta, ut nullus præter licentiam regis appetetur papa. Qui consuetudines regni tollit, potestatem quoque et coronam regni violat. Qui coronam mibi auferit, iniurias, et infidelitatem in me agit. Respondebat Anselmus: Dominus contra sapit, qui hanc quæstionem duobus præceptis absolvit, et enodem reddidit. Quid enim fidelitatis dbeamus vicario beati Petri, ipse docet: « Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: et, tibi dabo claves regni cœlorum, et quæcunque ligaveris B super terram erunt ligata et in cœlis, et, quæcunque solveris super terram, erunt soluta, et in cœlis (Matth. xvi), » et communiter omnibus: « Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit (Luc. x). » Et iterum: « Qui vos tangit, quasi qui tangit pupillam oculi mei (Zach. ii). » Porro quid debeamus regi, alias declarat: « Redde quæ sunt Cæsar, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo (Matth. xxii). » Reddam ergo sine offensa in his quæ Dei sunt, vicario beati Petri obedientiam; et in his quæ terrenæ dignitati domini mei competunt, fidele auxilium et consilium pro posse meo non subtraham.

In his exsequendis omnes episcopi Angliæ primati suo suffragium negarunt, partes agentes mercenarii, et libertatis profugi. Et quasi parum il esset, omnem ei obedientiam, et subjectionem abnegaverunt. Inceptor et vexillifer factionis erat Willielmus Dunelmensis episcopus, homo importunæ facundiae, et ambitionis infestæ. Qui speraret archiepiscopatu intrudi Anselmo depulso: ideoque improbius insistebat negotio, promiseratque regi futurum sua solertia, ut cederet honori, sponte reddite annulo et baculo. Sed ventilabat ingenium adverso Deo, cum omnia ejus, et cæterorum consilia longis amhangibus volutata uno contudit responso: Si quis esset, qui probare præsumeret, quod ideo fidem terreno negaret regi, quia appellaret vicarium beati Petri, esset ipse contra paratus, cui, et ubi debaret, respondere. Eo magis illi animis labefactati, major, quam opinabantur animadverterunt viro inesse prudentiam, quod sciret non debere archiepiscopum Cantuariae judicari, nisi in consistorio apostolici. Ita toto acumine limatorum in consiliis virorum iuaniiter adversus eum, cui Deus aderat, certabatur. Nam quæcunque dicenda putassent, inventa statim ratione, sicut vehementi flatu casses araneorum dirumperebat; adeo immotus animo, et sollicitudinis vacuus, ut illis in partes secedentibus, et dicta sua huc et illuc ponderantibus, ipse sopori ad parietem reclinatus indulgeret. Eodem vultu mente incomensus, nec ira turbulentus, nec metu anxius, tranquillitatem animi, et ipse fatebatur, et facie prætendebat hilaritas. Surrectum ergo in clamores et furias, Dunelmensi episcopo palam pronuntiante:

eum qui ratione non possit compesci, debere vi op-
primi. Reclamatum est a proceribus, qui multo
magis quam episcopi, ab injuriis archiepiscopi tem-
perandum censebant. Denique jussi ut ei subjec-
tionem abnegarent, prorsus refutarunt, dicentes se
Christianos esse, nec velle in aliquo archiepiscopi
sui voluntati resultare. Id rex quamvis moleste tu-
lisset, formidine tamen majoris tumultus, iram in-
tra fauces repressit. Tum quoniam sponsio episco-
porum non bene processerat, in eorum reclinatur
consilium, volens ut Anselmus privatus baculo et
annulo pelleretur regno. Sed cum id vi nequiret
obtinere, et ille, se quidem Anglia cedere, sed in-
signia, et nomen non reddere prosteretur, dilata
omnia cum bona pace ab Idibus Martii, quæ tunc
erant, ad Octavas Pentecostes. Hoc illi jam vacatio-
nem meditanti, cum proceres renuntiassent, pro-
ducto spirario gemebundus retulit: Quanquam ex
præteritis futura non nesciam, tamen ne omnia meo
videar urgere arbitrio, pacem amplector, quantum
mea refert, ab ea non deviaturus. Qui violator pacis
exstiterit, ipse, quantum ad Deum est, videret. Nec
fortuitum dictum viri a-veritate decidit. Nam ante
præflnitum tempus multa ei impacta contraria, ca-
merarius ejus ad pœnam ante oculos ejus abreptus,
quidam, quorum consiliis potissimum innitebatur,
ultra mare fugati. Arguta malignitatis consilia, ad
ejus honoris detrimentum excogitata, et ad rem de-
ducta. Nuntii duo, singulares versutiarum artifices
ipso ignorantia, et nihil minus suspicante Romanum
missi, ut explorato urbis statu agerent apud papam,
ut pallium regi mitteret tradendum cui liberet.
Strenue illi, et impigre, quæ jussi fuerant executi,
Albanensem episcopum Walterum ex præcepto Ur-
bani papæ Angliam adducunt. Is Dofris appulsus,
clam Anselmo curiam venit, ingentibusque promis-
sis animum Willielmi sitientem explevit. Si Urbanus
in Anglia reciperetur ad papam, fore ut quæcunque
rex petenda existimasset, ille privilegio sedis apo-
stolicæ roboraret. Cæterum ad causam archiepiscopi
nihil suffragii, nisi quod rogatus ut eum expelleret,
impossibile factu respondit, ut vir celebratissimæ
sanctitatis, et scientiæ, et in præsulatum intro-
ductus legitime, deturbaretur, nullius obnoxius
eup.pæ. Continuo igitur edictum per provinciam pro-
mulgatur, Urbanum apostolicum debere dici et
credi. Eo auditio mirari Anselmus, cum ecce fre-
quentes episcopi ad eum missi venerunt: pertenta-
toque sensim homine, utrum ad redimendam regis
amicitiam esset infractor, cum nihilo mutatum
experimentur, quod latebat aperuere. Dominum re-
gem sua opera et impensa pallium a Roma me-
ruisse, suoque labore transegisse negotium, quod
illi constaret multis marcis. Par esse ut tanto prin-
cipis beneficio, digno respondeat muneris officio.
Ingenuit ille doli machinam in effectum deductam,
dicta episcoporum largis suspiriis excipiens, nega-
vitque se quidquam propter hoc daturum, quia parvi
estimaret beneficium, cuius amplitudinem ipsi tanti

A penderent. Per hoc rex edictus nullo modo mentis
ejus robur enervari posse, ut in amicitiam suam
cederet, salva dignitatis sue magnanimitate ultra
eam expetiit et impetravit. Dataque ei publice po-
testate, ut per totum regnum primatus sui ius
exerceret libere, dies præfixa, qua Albanensis epi-
scopus cum pallio Cantuarium veniret, venienti, et
sacrum insigne in vase argenteo deferenti vulgo
applausum, ab archiepiscopo nudipede, sed sacer-
dotalibus vestimentis induito occursum. Inde super
altare Domini Salvatoris pallium assumptum sacra-
tus pontifex beatis humeris compositus, et ad divina
celebranda processit: erat tunc dies Dominica, n
Idus Junii, fuitque nonnullis ingenti miraculo, quod
idem evangelium illa die occurrit, quod ante pro-
gnosticon ejus fuerat: « Homo quidam fecit coenam
magnum, et vocavit multos, et misit servos suos hora
coenæ, etc. (Luc. xiv). »

Ita concordia inita, et rege ultra mare pro-
fecto, serena pacis tranquillitas toto illo anno ab
animo Anselmi curas depulit, et bonorum ho-
minum levavit sollicitudines. Sed posteriori tem-
pore Willielmo reverso rursus tempestas inton-
nuit, rursus procella odiorum inhorruit. Enimvero
ille felici lætus eventu, statim in Walenses contendit.
Nam maxima Dei gratia omnibus ejus consilios
occurrente, ita in omnibus usus est placido allusa
fortunæ, ut videretur cum eo Deus beneficis cer-
tare. Si pugnam adoriretur, opinas manubias rete-
rebat; si pelago impacato navigare volebat, statim
venti furorem ponerent. Videbat hac Anselmus, et
aggandebat, sperans illum propter tam affluentem
gratiam quandoque liberam facere ecclesiam. Quocirca
de Gualensi expeditione reversum meditabatur
leniter aggredi, sed prævenit ille convicis per
nuntium exagitando archiepiscopum, causatus militum,
quos in hostem miserat, paucitatem ei inertiam.

Quo allato spes omnis emendationis apud Ansel-
mum obtorpuit. Dimisit igitur nuntium response
vacuum, ne reciprocis relatibus jurgiorum campos
aperiretur. Sæviebat, credo, instinctu diaboli contra
pontificem fortuna; parabanturque in proximam
curiam contra eum machinamenta. Que omnia pe-
D tendo licentiam eundi Romanum quassavil et depulit;
cum prius multis moliminibus voluntatem ejus super
ecclesiarum statum attentasset. Quocirca haec com-
municaturus cum papa, rogavit, ut dixi, licentiam
pergendi Romanum, bis terque frustra. Intelligo enim,
aiebat rex, licentiam interdicendam, cum eum nullo
gravi peccato sciām ouerari, cuius a Roma petat
absolutionem, nec egere illius loci consilio, cum ei
nullius scientiæ desit copia. Magis certe dixerim,
Urbanum Anselmi cedere sapientiæ, quam Ansel-
mum Urbano indigere. Quod si pertinacius copiis
institerit, omnem archiepiscopatum in meum fiscum
redigam. Transgreditur enim promissa sua, quibus
fidem suam astrinxit omnes consuetudines serr-
turum regni mei. Insolitum est quippe mihi, et

quisquam procerum meorum eat Romanum, nisi meo potissimum missu. Ideo vel juret mili se nunquam deinceps pro qualibet oppressione [al., impressione] sedem apostolicam appellaturum, vel evacuet regnum. Hæc, inquit, vos fideles mei dicite sibi, et si videritis eum velle desistere itinere, tunc vigorem curialis judicii experiatur, quod me toties inquietare non timuerit de re, quam ad summam perducere nolit. Contra hæc per nuntios Anselmus agendum non ratus, ipse ad regem ingressus, pro more dextræ illius assedit, habuitque orationem ad hanc sententiam : « Quod dicis me non debere ire Romam, quod gravi peccato caream, et scientia affluam, quamvis neutrum pro vero arrogem, tamen Dei librae committio examinanda. Quod dicis me promisiisse, ut consuetudines tuas servarem, amplector, sed conditiones requiro : cum exceptione enim dixi me servaturum illas duntaxat, quæ legibus Dei consentaneæ, cum honestate essent constitutæ. Quod dicis me fidem excedere, quod prævaricatis consuetudinibus tuis sedem appello apostolicam, custodita reverentia principatus tui, non verum eset, si alter diceret [al., non verum esse alter diceret] : filialitatem enim, quam tibi, rex, debedo, ex Dei fide habeo, cuius vicarius est sanctus Petrus, cuius sedem appello. Quod dicis, debere me jurare, ne ulterius pro quavis causa Romam appellem, publice pronuntio, quod Christianus princeps ab archiepiscopo suo tale sacramentum exigit injuste. Si enim sanctum Petrum jurejurando abjurarem, negarem C Christum. Quando vero ulla re Christum negavero, tunc tibi de petitæ licentia peccato satisfacere non tardabo : forsitan autem me discedente procurabit Deus ut non diu res ecclesiasticæ, sicut minaris, tuis famulenter compendiis. Obstrepunt dicenti rex et proceres, illud maxime objurgantes, nunquam in consuetudinibus servandis mentionem Dei suissem, vel honesti recti. »

Tum ille comi vultu, et pene in risum resoluto dixit hæc verba eadem : « Papæ ! Si nec Dei, nec rectitudinis mentio, ut dicis, facta fuit, cuius tunc? Absit ab omni Christiano leges, vel consuetudines tenere, et tueri, quæ Deo, et rectitudini noscuntur esse contraria. » Hoc illi dicto quasi malleo frontes impudentes reperculsi, demissione capitum, et vocis D silentio injustitiam suam testati sunt. Nihil enim ille turbatur, sed quandocunque illi succlamarent, tacens rursus ad caput sententiae impermotus revertebatur; verumtamen non continuuit rex animum, quia crudeles minas intorquens, diceret, non illum quidquam de regno suo exportaturum. At ille impavidus : « Pedes, inquit, et nudus pergam; si equitatas meas et vestes vestrum esse quis affirmaverit. » Puduit principem dicti, et rubore cinctus ora : « Non ita, inquit, volo, sed undecimo abhinc die, cum ad portum veneris, nuntio meo in portandis vel dimittendis parebis. » Irasceretur aliis, sed Anselmus im-perturbatus manens benedictionem suam regi non abnuenti obtulit, prælocutus moluste se quidem, et

A ægre iram regiam ferre; sed si dignaretur intelligere, ad commodum ejus animæ viam inchoatam spectare. Subterfugerunt hoc negotium, sicut et prius episcopi; quos cum ille de suffragio convenisset, responderunt illum et religiosum et sapientem esse. Pro sapientia consilio eorum non indigere; sed quid faciendum sit, optime scire; pro sanctitate incunctanter bonum exsequi velle et posse; sed adversum dominum suum non posse assurgere, cujus gratia carere nollent pro honoribus, et parentibus suis, quos diligenter. Ille qui esset omnis labis mundanæ, et cupiditatis immunitis, rem Dei, ut cœperat, persequeretur, habiturus episcoporum voluntatem tacitam, cæterum vocis opem nullam. Quanquam si qua fides, si quis aditus meliori consilio esset, præstaret domi dulce confovere otium, quam patria et honoribus extorrem tanto indulgere labori. Ita omnes discessere, solisque duobus paenitentiam, antequam mare transiret, pentibus benignus ignovit. Eorum nomina fuerunt Osmier, Salesberiensis [al., Schireburnensis], et Robertus Herefordensis. Una ergo die Cantuariæ commoratus, peram et baculum, solatia, et indicia itineris pro consuetudine assumpsit. Inde Doveram veniens, xv diebus propter inclemantium venti, ibi contra votum retentus erat. Quo spatio nuntius, ut dicebatur, a rege missus contubernioque et convivio ejus indefesse potitus causam adventus secretam tenuit. Sed cum jam prosperitas flatuum naves vocaret in altum, ille ex præcepto regis omnes bulgias et manticas efferrí coram, et expilari imperavit. Crudele et miserabile spectaculum, primatem Angliæ, caput totius religionis et sapientiæ, prædonis more exagitari. Sed cum solummodo necessaria supellex, et nihil pecuniarum inveniretur, ille qui venerat facti, quod invitus fecerat, poenitens, abire permisit indemne. Solutas naves Notus provexit in salum, primo quidem segniter, adeo ut recto flamme retro viderentur Angliam admare. Quod cum præ dolore cordis siccis oculis nequiret pater videre, elevatis in altum manibus auxilium cœlo detraxit, venti enim placatis animis constraverunt æqua, et versus Flandriam intenderunt carbasa: ita naves flatu secundo sulcantes mare, non multo post Withsandum appulere. Primum hospitium illi cum monachis sancti Bertini fuit; cætera favor administravit, omnibus certatim eum episcopis et abbatibus invitantibus, et invitum etiam detrahentibus. Ibat fama viri prænuntia, et dulci corda audientium afflabat aura. Quocirca quanto amore omnium suscepit, quantis officiis delinitus sit, conanti dicere succumbit sermo, et satiscit oratio, mira rerum conversione, ut honoratior esset in aliena provincia quam fuerat civis in patria, archiepiscopus in Ecclesia.

Ipse Lugdunensis archiepiscopus Hugo, legatus apostolicus in Gallia, magni nominis, et potentiss, nec religionis egenus, ubi ad eum Lugdunum iter advertere audivit, alacriter occurrit, devote obse-

entus est. Ejus igitur consilio ibi resedit, totius causæ indices Romam Urbano apostolico mittens, valetudo subitanea flagitabat otium simul et consilium. Videbatur interim Wibertini prædonibus cedere, serebat enim per omnium rumor ora venisse archiepiscopum Cantuariensem ab Anglia, Romamque tendere ad Urbanum suffarcinatum pecunia, magnum esse quod secum ferat archiepiscopus Angliae, quæ sit provincia omnium fertilissima. His illi animos incensi jam tum semitas omnes obcederant, angustias locorum occupaverant, ne qua elaberetur. Ingens domino suo fore conummodum si prenderetur, qui Urbani partium propugnator esset. Quare passus est ardores eorum ad tempus negata præda languescere, ut se opinione deceptos esse credentes, domum redirent: hoc consilio fructum detraxit insidiantibus, et jam redierat nuntius præcipiens ex parte apostolici, ut remota omni excusatione per obedientiam Romam veniret. Nescius ille contraire obedientiæ, et de spe misericordiæ Dei audentior viam invasit. Nam et vigor salutis refusus audaciam suggerebat, et citra senium viridis, et cruda senectus bene adhuc labores patiebatur.

Evasis ergo Alpibus Romam incolumis venit, nullc suorum homine, vel jumento desiderato; uno tantum in toto itinere tentatus discrimine, quod tamen fuit successus et alimentum gloriae. Dux siquidem Burgundiae eadem, qua Wibertini spe rapitus, ad eum deprædandum inflatiore spiritu animatus erat; sed uno tantum aspectu ejus emollitus, omnem exhalavit superbiam, resumpsit humilitatem. Adeo dulci intuitu, leni facie, placida canitie aspicientem rapiebat, ut in quemicunque oculorum gratiam injiceret, statim in amorem sui alliceret. Ita cordis tumor duci per nebulonum verba conceputus eo viso resedlit. Continuoque pontificis exceptus osculo benedictionem ultro expetiit: advocatoque uno ex magnatibus suis (stipatus enim multis, cum maximo venerabilis tumultu), præcepit ut eum secure per terram suam deducoret: et non minus ei quam sibi ubique serviri faceret. Fœderata ergo amicitia discedit, saepius contra maledicos infrendens et ingeminans eis odium Dei, qui sibi persuassissent, ut persequeretur Dei angelum. Anselmus ergo securus, Cluniacum, mox ut dixi, Lugdunum, inde Romanum pervenit.

Quem apostolicus magnifice suscipiens coram senatu amplissimis laudibus extulit. Illum esse totius Latinitatis magistrum, in disciplinis liberalibus, in religione parem non invenirent; contumelias multas pro fidelite Romana passum, tandem per plenas periculis et mortibus vias ad se venisse, flagitare a se suffragium, cuius ipse magis egeret consilio. Talia Urbanus jactabat; sed Anselmus pudore caput demissus silentium premebat, sed ubi summus pontifex laudum finem fecit, ille data copia causam suam omnem veraciter allegavit. Pollicetur præsul, pariterque senatus auxilium; scribuntur

A litteræ Willielmo regi Angliæ: jubetur Anselmus omnibus suis revestiri. Statim enim ut ille mare transierat, archiepiscopatum totum suæ ditioni sub sterni, et quæcumque ante statuerat, in irritum deduci jusserrat. Litterarum responsum jubetur archiepiscopus circa papam operiri. Sed non fuit animus diu ibi consistere, quod illius urbis aer insalubris esset peregrinis. Quocirca culdam Joanni, qui olim suus monachus apud Beccum fuisset, sed tum ab Urbano abbas cœnobii Sancti Salvatoris, quod prope Telesinam [al., Tesclinam] urbem est, institutus, roganti cessit, ut in villa sua Sclavia nomine, æstimatis vitaret. Ea villa in supremo montis vertice constituta, ideoque binc inde veniente temperie refrigerata prope momentis omnibus pestiferi diu habet spiritus. Juvabat itaque Anselmum captivitas sua, videns sibi redditum, quod diu desideraverat otium. Quapropter jamdudum resides animos in Deum excitans, consummavit ibi librum egregium, cuius titulus et materia est, *Cur Deus homo; omnibusque amori et honori erat, adeo ut Rogerius, dux Apuliæ, apud quem rex Angliæ illum lueris insimulandum curaverat, spretis næniis longe alter sententiam suam in viri honorem transferret: illi villas, illi castella, illi postremo quæcumque placebant, offerens, tantum remanentia sua terram suam beatificaret.* Cum circa papam esset, in omnibus illi secundus in processionibus, in stationibus habebatur; ad eum salutationes, ad eum post apostolicum munera commeabant. Audiebatur libenter ab omnibus, siebatque quod jubehat, cum divinos intonaret sermones. Quod maximæ sibi delectationi erat, fructum scientiæ pronuntians esse, si cum bene dicas, aliis de doctrina tua profectum bene vivendi accipiat; serebatur ergo magna cupiditate, ut archiepiscopatus deposito face Deo posset intendere. Quod cum ab apostolico omnime postularet, renuit prorsus: «In quo, inquit, per obedientiam jubeo, ut ubicunque sis, nomen et honorem Cantuariensis archiepiscopi non deponas. Delicati militis est ante bellum fugere: nec est religiosi et constantis animi citra ullam læsionem minis tautum et terroribus cedere.» Tuin ille: «Obedientiam, Pater, non refugio, nec plagas, quia et mortem ipsam pro Deo non horreo, nisi forte animus meus mihi mentiatur. Sed quid, inquit, ibi faciam, ubi non solum vacillat, sed jam omnis oppressa est justitia? ubi suffraganei mei partes boni non modo propter timorem non adjuvant, verum et propter favorem impugnant? — De his, respondit papa, et talibus, gestis animus in consilio apud Barum agere, ubi et præsentiam tuam volo, et auxilium desidero.» Ut ergo ventum ad concilium apostolicus ante corpus sancti Nicolai constratus tapetibus, et palliis, ipse casula cum pallio amictu tribunal ascendit: cæteri cum cappis sedebarant, omnibus ergo suum locum ex antiquo vindicantibus, Anselmus humilitate summis, quo poterat assedit. Exciderat animo summi pontificis ingruente tumultu,

ut ei locum delegaret. Sed erroris admonitus est, quæstionis necessitate a Græcis proposita, probare volentibus, Spiritum sanctum non nisi a Patre procedere, hanc ergo quæstionem dum expedire tentans, magis involveret, Græcis contra non improbabiliter occurribus, Anselmi recordatus excludat, vividæ vocis tonitruum, ædis capacitas, et turbæ multiplicitas ingeminant : « Pater et magister Anselme, Anglorum archiepiscope, ubi es? » Hie ubi se vocari audivit, in pedes constituit. Quom apostolicus compellans : « Nunc, inquit, magister, opus est scientia, opus eloquentiae tuae opera; veni, ascende hic, et defende matrem tuam Ecclesiam, quam Græci labefactare conantur, succurre ergo, quasi a Deo hoc missus. » Continuo cuncti astantes et assidentes oculos et ora in eum conversi, percuti qui essem, admittentibusque proximis ad consensum apostolici levatus, sedere jussus juxta Romanum archidiaconum, cui ante papam sedere moris est : « Includamus, inquit, hunc in orbe nostro, quasi alterius orbis papam. » Nec morantibus omnibus exposuit palam qui genus, unde domo, cuius scientiæ, cuius facundiæ, quam religiosus, quanta pro fidilitate Romanæ sedis passus esset. Dilatusque in posteram diem quæstionis tractatus, quamvis Anselmus statim respondere non dubitare. Sed sequenti die solito maturius cœtu coacto promotus in editum, ita pertractavit quæstionis latera, ita penetravit et enubilavit intima, ut Latini clare testarentur gaudium, Græci de se præberi dolerent ridiculum : nullus porro inops, et inanis scientiæ discederet. Sensus illius sermonis procedente tempore luculenter digessit in libro De processione Spiritus sancti facto. Tunc vero ubi verbum absolvit, omnes in eum oculos et ora conversi, hic laudare fidem, ille scientiam, omnes eloquentiam. Sedato fragore, quem laus ejus suscitaverat, intendens in eum suunus pontifex, ait : « Benedictum sit cor tuum, et spiritus tuus, et os, et sermo oris tui benedictus. » Nec mora, cum consensu omnium roboratus in aliter sentientes fulmen excommunicationis intorsisset, ventilari de rege Anglorum sermo cœpit. Proferuntur in medium scelera dictu horrenda, adjicuit contemptui humano cœlestis injuria, quod scilicet, bis terque admonitus nihil correctionis exhibuerit. Quocirea cum suffragio et clamore omnium papa ad excommunicandum jam paratus esset, Anselmus genibus affusus ejus, orat dilationem, et vix impetrat. Quæ res non mediocrem ei apud cunctos videntes peperit gratiam : eo quod ostensione veræ sanctitatis vicisset famæ sua gloriæ. Quam pulchrum erat, ut illi oraret veniam a quo tantam exceperat contumeliam!

Papa Romani regresso, comitatuique ejus adhærente Anselmo, supervenit nuntius a rege directus, qui allegationes Anselmi enervaret, objecta crimina dilueret. Quanquam omniem verecundiam procecerat, in immensum elatus, non multum curaret, quid de se diccretur. Legati hoc fuit verbum ad pa-

B pam coram archiepiscopo : « Miratur dominus meus cur tibi vel in mentem venerit, ut Anselmum juberet resaisiri, cum illud ei incunctanter prædixerit, si sine permisso suo egredetur Angliam. — Accusat, inquit apostolicus, eum de alia re? — Non, ait. — Et pro hoc arripiusti, ait, tantum laborem huc veniendi, ut dices primatem ideo rebus suis omnibus exspoliatum, quod apostolicum appellavit iudicium? Si ergo amas dominum tuum, matura reditum, et dic ei ut si non vult excommunicari, cito eum faciat omnibus suis investiri. Et ne te de termino reddam suspensum, tertia hebdomada post Pascha ad concilium in hac urbe celebrandum affer responsum : certe pulsator jam excommunicatus esset, nisi pulsatus intercessisset. » Perculsius ille tam insperato responso, mysterium domini sui se illi secreto communicaturum respondit. Ardebat enim aliquid efficere, ut ampliorem locaret apud regem amicitiam. Itaque arte, qua peritus erat, negotium consciens, singulos ambiendo muneribus et pollicitationibus, regi terminuin ad festum Sancti Michaelis obtinuit. Cunctatus est multum ad id concedendum Urbanus, quod luctarentur in ejus animo, Anselmi religio, et munera oblatio, sed prævaluit tandem pecunia. Itane omnia superat, omnia deprimit nummus? Indignum factum, ut pectori tanti viri, Urbani dico, vilesceret famæ cura, Dei respectus cederet, et pecunia justitiam præverteret. Visum ergo est Anselmo, circa tam venalem hominem expectationem non perdere, sed Lugdunum remeare. Sed enim licentiam impretrare non potuit, retinente papa, ut invidiam facti aliquo levaret solatio. Fecit igitur eum manere secum, usque ad concilium in patriarchio, deditque ei domum jure hospitiū perpetuo : cebroque ad eum veniens joca et seria cum eo transigebat, ut unam curiam non duorum dices. Jamque aderat tempus concilii, omnibusque episcopis Gallicanis sedes suas agnoscendibus, nulloque recordante aliquem Cantuariensem archiepiscopum concilio Romano interfuisse, posita est ei sedes in corona, ut antea dixi, et in æternum jus sibi, et successoribus suis transcripta. In ecclesia Sancti Petri erat concilium, ingens strepitus astantium, multis concursus D venientium. Ideoque cum decreta minus audirent, præcipit papa Reingerio Lucensi episcopo, ut vocali sonoritate cuncta enuntiaret in vulgus. Assurgit ille imperato muneri, nec clamor incœptus frustrabatur bilantem; sed etiam longe positorum pulsabat et penetrabat auditum. Multaque parte decretorum edisserta, repente quasi animo excussus, aliena, et quæ a negotio dissidere videbantur, verba intulit : « Sed vœ! quid faciemus? præceptis subditos oneramus, et auxilium a nobis quærentibus nullum afferimus. Dolet hinc, et conqueritur totus mundus, quod caput omnium membris suis non conqueritur. Ecce quidam inter nos modeste sedet et tacite, cuius silentium clamor magnus est apud Deum, qui jam secundo anno apostolicæ sedis vigorem opperiens,

de omnibus suis injuste ablatis quid queso, exceptit Anselmus est, de quo dico, archiepiscopus Angliae. » Hæc dieens, virgæ quam tenebat, gravi ad pavimentum illusione, indignitatem rei exaggerare visus est. Illic papa in eum tendens : « Absiste, inquit, moveri, frater Reingeri, procurabitur huic rei correctio. » At Reingerius fervore spiritus actus, cum dixisset : « Ita expedit, aut justum judicem res non transibit, » rursus interruptam seriem decretorum contexuit. Horum dictorum stupor affectit Anselmum, cum sciret nec suorum, nec suis querellis Reingerium ad hæc commemoranda inductum fuisse. In hoc concilio papa cum omnibus sententiā excommunicationis vibravit in laicos investitores ecclesiarum, et investitos a laicis, et in taliter investitos consecrantes, et in illos, qui pro ecclesiasticis honoribus laicorum homines sunt.

Postero die concilii archiepiscopus iter retrogradum composuit : plurimisque laborum jactatus periculis, per montuosas et saltuosas loca Lugdunum contendit. Neque enim rectum tramitem tenere potuit, quod serebatur Wibertus pictore Romam missō imaginem ejus in tabula pingi fecisse, ut quocunque se habitu effigiat, non lateret. Lugdunum ergo perveniens, solitam benignitatem Hugonis expertus est, ut proprius loci dominus, non ut peregrinus. Omnium ius intus et foris antistes non roganti obtulit, et ut vellet coegit, primatum in consessu, amorem in occulto, reverentiam in publico, officium in omnibus. Solari curas, partiri vel potius totos exponere honores, adeo ut missas celebranti suffraganei loco serviret, ubincunque sermone in facienti ad pedes sederet, vir magnanimus et constans, qui auderet opes conteninere, fortunam provocare. Fuit igitur ibi Pater Anselmus toto tempore quo superfuere Urbanus, et Willielmus. Nec multo post utrumque fata rapuere. Audita morte regis fudit lacrymas Anselmus, amoris indices, pietatis interpres, continuo a novo rege Henrico invitatus, Angliam adventu suo dignatus est, ubi etiam proceres, qui a fide deficiebant, saepè ex voluntate regis conveniens multos ad rectum invitavit. Timebant consili cæteri, libera fronte et vuidis luninibus in eum intenti etiam acclamabant dicenti. Postremo cum jam Robertus frater regis appulisset, et multi discessionem facere meditarentur, toto exercitu circumstante locum editiorem ascendens verba fecit ad populum. Quo quasi classico excitata agmina elatis vocibus bona regi, et fidem promiserunt, si malorum sub Willielmo juniore institutorum remissam faceret, si bonas leges sanciret. Horum ille faciendorum omnibus Anselmum vadim obtulit, et fidem in manu dedit. Ita omnes ferventiore spiritu in regis fidem animati sunt, ut si oporteret conspiratis animis, et devotis dextris in ferrum pro rege ruerent. Quo vulgato Robertus, qui magis aliorum perfidia, quam sua fides industria, venerat, destitutus prælio, descivit a negotio : et qui spe regnum præsumperat, obviis manibus pacem amplexus in fra-

B terne necessitudinis amorem libenter accurrat.

Verumtamen cum rex more antecessorum suorum ab archiepiscopo hominum interrogaret, et ille pro excommunicatione Romæ facta differret, nisi Romanum ab utraque parte nunti. Jubetur regi interim hominum facere, vel absolutis morarum nexibus regno exceedere. Quin potius, respondit ille, inspiciantur apostolicæ litteræ, et quod tenor earum continet, fiat. Redierant enim iam Roma nunti, et causa labore, semitam triverant, quod Paschalis papa sententia antecessoris sui invicto robore tuebatur. Quid ad me de litteris apostolici, ait rex ? Jura regni mei nolo amittere. Procedente in contentionem sermone, asseruit Anselmus terram se non exiturum, sed ad suam iturum Ecclesiam, consideraturumque quis sibi, vel suis inferret violentiam : ita tunc discessum, sed posterioribus diebus moliores ex parte regis virum convenere litteræ, ut pacato animo curia presentiam suam exhiberet, futurum, ut habito inter se colloquio, omnis sopiretur contentio. Non negat ille adventum, si forte Deus instinctu suo regalem contigisset animum. Rursus igitur communī edicto, mittuntur legati Romam, qui tam dura pracepta tentent vel lenire, vel rescindere, ex parte antistitis Baldwinus, et Alexander monachi : ex parte regis, Girardus archiepiscopus Eboracensis, Hereberius Norwicensis, Robertus Cestrensis episcopi. Sed priores familiaris quoque causa urgebat, Girardum pro adeptione pallii, Hereberium pro rescissione privilegi abbatiae Sancti Edmundi, quod Baldwinus abbas illi cœnobio per Alexandrum papam multis laboribus acquisiverat. Id erat, ut abbas illius loci nec episcopo Norwicensi, in cuius parochia esse cognoscitur, nec ulli alii, nisi primati Angliae subjiciatur. Hoc Hereberius depellere intendens, et pergens, ignoro quo infortunio socios relinquens, et devia secutus prædonum manus incurrit. Sed, XL marci datis servitutem exuit, libertatem viae recepit : primo per omne (quod dicitur) sanctum jurare compulsus Gwidoni, (id nomen viro raptorum magistro) nihil se Romæ acturum, quod ad domini sui Anselmi archiepiscopi spectaret incommodum. Datis ergo numinis, raptum socios prosequebatur, liberiore otio, quia leviore marsupio. Conjurati corripiunt viam, papæque obtutibus presentati, quidquid poterant promisis et munieribus agunt, ut regis voluntatem effectui mancipare possint ; sed nequidquam : stat ille inflexibilis, nolens, ut dicebat, statuta sanctorum Patrum enervare pro voluntate unius hominis. Nihil ergo iste labor profecit ad aliud, nisi ut lites consererentur in regno, legitim inter se dissidentibus. Nam rex epistolam ab episcopis sibi allatam, quod suæ voluntati refragari videbat, occulendam putavit. Cæterum nuda verba foras extulit, quibus illi pro episcopali veritate asserebant apostolicum regis investituras æquanimiter ferre, si cætera boni principis officia exsequeretur. Ide autem noluisse hæc litteris videre, ne accepta occasione, cæteri principes in eum inclamarent. Con-

tra monachi palam clamitabant apostolicis præceptis fraudem inneci conquerentes. Siquidem, et epistola, quam Anselmo attulerant, vulgo jam lectitabatur: in qua non solum investituras non concedere, sed etiam statuta Urbani pertinaciter probabatur Paschalis urgere, servandaque monere. Strepebat igitur omnis anla murmure, non debere attendi monachis, qui libenter fucis veritatem obseurent, dummodo archiepiscopo placeant. Episcopalem gradum, et sermonem magni esse ponderis: monachos jus in sacerularium rerum testimonio perdidisse: « At istud, inquit Baldwinus, sæculare negotium non est, » tum proceres: « Probum et prudentem te scimus virum, nec de illis esse, quæ maxima turba ordinem vestrum male vivendo infamat, sed tamen et humana et divina exigit ratio, ut magis tribus episcopis quam duorum monachorum credatur testimonio. » Diu ergo fluctuavit Anselmi sententia, quo vergeret; quod et adversa fronte testimonium episcoporum refellere, videbatur superbum; porro epistole, quæ sigillum apostolicum prætendebat, non credere salutem. Confirmato animo respondit ad certitudinem facti cognoscendam missurum se Romam. Interim illis, qui investirentur, nec communionem suam negandam, nec benedictionem impartiendam. Erant electi Rogerus cancellarius regis ad Salesburiam, Reynelius cancellarius reginæ ad Hereford. Willielmus etiam fuerat adhuc recenti potestate Henrici violenter ad Wintoniensem episcopatum electus, nec electioni assentiens, imo eligentes asperis conviciis, et minis incessens. Sed regrediente Anselmo, ab eo, et baculo pastorali donatus, et in Ecclesiam est introductus. Quare ad illius benedictionem libens assensum commodabat. Ita rex paulo commotior Gирardo Eboraciensi consecrationis omnium munus injunxit. Nec ille retractasset, si non illi electi altiore ratione resugissent. Quorum Reinelius, mox relato regi annulo et baculo, episcopatu cessit. Willielmus non minus nisi quod annulum non reddidit. Rogerus prædicanda prudentia ita rem temperavit, ut nec regem irritaret, nec archiepiscopo injuriam faceret. Ita cum Anselmus nullo modo desisteret, diceretque se nec pro vitæ sua danino contra sedis apostolicæ definitiones acturum nisi ab eadem absolutionis procedat remedium, omnis laboris processa super eum cecidit. Convenitur a rege et episcopis, et magnatibus, ut ipse Romam dignetur proficisci, quod alii minus egerant sua præsentia suppleturus. Non careret effectu, quod vellet, quem sedes apostolica tanti penderet; impenderet modo hunc laborem patriæ quo pacem Ecclesiae, quo dignitatem repararet imperii. Iste precibus flecti non nescius, ne omnia suo tantum videretur præsumere arbitrio, consensit; iturum se, ne cunctorum voluntati decesset; quanquam legatorum penuria eos ad unum senem annis gravem, corpore debilem adegisset; scirent tamen nihil se apostolico suggestum, quod antecessoris sui gloriam abrogaret, statuta effrigeret. « Tu tantum, inquit, vade, et in

A apostolici præsencia, legato si vera dicat testimonio, auctoritatis adstipulare. » Consensu accepito discessum est ab invicem. Anselmus continuo prosperis flatibus maxima pericula transvectus bona etiam fortuna terrenum iter Romam usque emensus est. Ubi apostolico favore, et senatoria frequentia exceptus paucis diebus silentio, et quieti indulxit jubente papa. Cumque vires resumpsisset otio, die constituto palatium Lateranense ingreditur, adest et nuntius, qui paucis diebus adventum ejus prævenerat, notus jam Romæ Willielmus de Warlewast, electus Exoniensis Ecclesiae. Is omnes impendens eloquentie vires, causam regis perorabat, ut ei omnes paternæ, fraternæque consuetudines redde-rentur, Angliam peculiarem esse Romanæ Ecclesiae B provinciam, et ei tributa quotannis pensitare, regem sicut munificum, ita magnanimum. Dederat ei, et videri, et esse, si antecessorum suorum jura perderet, quos ipse et animi magnitudine, et opum affluentia longe preiret, et premeret. Provideret ita quo papa regis honori, consulteret sibi quem non dubitaret magno fructu emungendum pecuniæ, nisi putaret abstinentum canonum severitate. Illi et aliis ad causam valentibus dictis traducta est in sententiam Romana curia obnixis favoribus regis, vota debere impleri pronuntians. Silebat interea pontifex uterque, perorantis ampullas, et adulantium fumos prudenter attendens, latenter irridens. Tum legatus putans illorum taciturnitatem esse conniventiam, securus erupit: « Plurima hic inde possunt agitari verba, sed hæc est summa, quod dominus meus nec pro amissione regni patietur sibi ecclesiærum investituras auferri. — Nec ego, inquit papa, pro capitulis meis redemptione eum investituras permittam impune habere. » Hujuscemodi dicti tenore conver-sæ fautorum linguae et in diversa mutata: « Benedicta, inquiunt, cordis tui constantia, benedicta oris tui loqua. » Legatus confusus obtulit; effectu tamen ut nonnullæ consuetudines patriæ regi laxarentur, ipsoque interim ab excommunicatione, quod aliquos investierat immuni, investiti auctoritati canonum subjacerent; eorum satisfactio Anselmi commissa judicio.

C D Qui cum reineandi licentiam accepisset, ater redditum excusavit, dicens se voti reum eundi ad sanctum Nicolaum; aversabatur dicto intentio. Nitebatur enim, ut quoque modo papam a sententia traduceret. Quod ubi ad nibilum tendere vidit, compendario tramite archiepiscopum, ad Placentiam anticipavit. Aliquantis ergo diebus communiter perfectum. Sed cum eos viæ separaret divortium, ille quod ante celaverat aperuit, dicens: « Mandat tibi dominus meus, quod si sic te sibi exhibueris, sicut antecessor tuus exhibuit se patri suo, libento: vobis adventum tuum in Angliam; sin minus, prudenti loquor, scis quid sequatur. » Ita Willielmus citato Angliam, Anselmus Lugdunum contendit. Indeque misit litteras regi super veritate dictorum Willielmi exculpanda. Epistolarum seriem, quæ in immensum

porrigitur, apostolici ad regem, et Anselmi ad regem, et regis ad Anselmum, hic non placuit intercessere; volentibus legere liber Edmeri copiam faciet, quas ideo vir ille apposuit, ut nullus eum mendacii carperet, et ut ipse invictum robur dictorum assumeret, effuebat enim otio, utpote solius Anselmi gestis enucleandis intentus; ego majus opus moveo, et in multorum gesta conor, ideoque necessaria tantum libans, fastidio lectorum mederi meditor.

Rex ergo archiepiscopatum saxisit, propensiori tamen modestia, quam frater, ut res ecclesiasticas non extraneis, sed ipsius archiepiscopatus hominibus administrandas delegaret. At vero Anselmus Lugduni resedit anno integro, et mensibus quatuor. Quo toto tempore nihil ab apostolico, nisi persuasorias litteras, nihil a rege nisi dilationum causas obtinuit. Ibant enim crebro Romam regales nuntii, redibantque inefficaces, nisi quod moras quasdam impetrabant, quae protelarent boni viri exsilium, emendandis rebus afferrent impedimentum. Quapropter prospiciens quo loco rerum suarum fortuna staret, secundum pietate pectus ad ultionem tandem concussit, excommunicationem in regem mediatis. Quod dum ex rescripto sororis sue Adalae Blosensis comitissae, regem ipsum non latuisset, precibus exegit, ut Northmanniam, ubi spe rex erat, Anselmus cum ipsa comitissa veniret. Venit, et rege multum favente de omnibus suis resaisitus est; sed ejus in Angliam transitus ideo dilatus est, quia nobiliter communicare cum investitis. Rex igitur Angliam, ille Beccum divertitur. Directi Romam legati Willielmus de Warlewast [al., Warewast], et Baldwinus monachus controversiam tot annis agitata singulari probitate sedarunt. Concessit siquidem papa, ut rex homagia de electis ac iperet, sed nullum per baculum et annulum investiret. Dum autem nuntii morarentur, crebrae ad Anselmum ex Anglia ferebantur querelæ, de sceleribus ubique nimium pullulantibus, rogabaturque redditum accelerare, ab episcopis præsertim, quos jam scelerata ipsa pigeret. Nam et presbyteros concilii Lituduensis violatores (quod ante abscessum Anselmi celebratum fuerat), presbyteros, inquam, qui post concilium mulierculas dominibus suis vel introduxerant recentes, vel revocaverant veteres, rex discrimine pecuniae multatæ meditabatur. Id vero Anselmus ferendum non arbitratus, regi scripsit ut ab hac exactione temperaret. Quod ecclesiasticorum ministrorum vitia episcoporum non sæcularium coripi debeant instantia. Ille, qui sua prudentia consilio Mellentini comitis Roberti jam in omnibus defæcatus maturuerat, consilia salutaria dignanter accepit: leniter rescripsit, venturum proxime Northmanniam, si quid deliqueret in his et aliis, per ejus emendaturum obedientiam. Cum ergo Roma redissent nuntii, non multas ipse moras aucupatus apud Beccum Anselmum convenit. Itaque omnia, quæ illos hactenus in diversa trahebant, tunc per Dei gratiam vrolata et sedata. Ecclesiæ siquidem, quas Williel-

mus frater ejus censu subjicerat, ipse in manus Anselmi liberas reddidit; et se de his nil accepit, quandiu pastore carerent, promisit, damnum presbyterorum, qui pecuniam dederant ita sarcini, ut toto triennio ab omnibus functionibus vacarent; qui dare supersederant, ulterius nihil darent; omnia de archiepiscopatu sublata cum Angliam redire, redditum vadimonio dato pollicitus est. Anselmo ergo felicibus auris Angliam evecto, bona spes quam de illo provinciales habebant, minime desiderantes sefelli. Siquidem statim firmari ecclesiarum ejeci, Simoniaci damnati, pellicatus presbyterorum inhibiti, amplexus consanguineorum deturbati; pluraque in hunc modum illicita, quæ antehac impone vagabantur, castigata. Accessit serenitati temporum felicitas regis, a quo tunc temporis in Northmannia Robertus frater suus captus et in vincula conactus est: multique alii quos vel jam pro importunitate oderat, vel pro rebellione timebat: videbaturque debitum talionem rependere fratri, quod illum quieto regno sollicitaverat; simulque meatiebatur illum minus babilem ad gubernandum rem publicam prælenitate ingenii quod videret Northmanniam suam, genialem amborum patriam ab improbissimis gravioribus vastari, nec nosset tueri. Hujus ergo victoriae gaudium rex Anselmo confessim litteris enuntiavit suis, quas hic apponere videtur non extraordinarium, propter unicum devotionis regie insigne.

¶ HENRICUS rex Anglorum, ANSELMO Cantuarie archiepiscopo, salutem et amicitiam.

¶ Paternitati et sanctitati vestre significamus Robertum comitem Northmanniæ cum omnibus copiis militum et peditum, quos prece et pretio coadunare potuit, die nominata et determinata mecum ante Tenebrachium acriter pugnasse; sed tandem sub misericordia Dei vicimus, et sine multa cæde nostrorum. Quid plura? divina misericordia ducem Northmanniæ, et comitem Moretoniæ, et Willielmum Crispinum, et Willielmum de Ferreris, et Robertum de Stutevilla senem, et alios usque ad cæ milites, et decem podium in manus nostras, et Northmanniam dedit. De illis autem, quos gladius peremit non est numerus. Hoc autem non elationi, vel arroganzia, nec viribus meis, sed dono divinæ dispositionis attribuo. Quocirca, Pater venerande, supplex et de votus genibus tuae sanctitatis advolutus te deprecor, ut supernum judicem, cuius voluntate et arbitrio triumphus iste gloriosus et utilis mihi contiguit, deprecaris, ut non sit mihi ad damnum et detrimentum, sed ad initium bonorum operum et servitium Dei, et ad sanctæ Ecclesiæ Dei statum tranquillæ pace tenendum et roborandum ut amodo libera vivat, et nulla concurtiatur tempestate bellorum.

Hinc est contemplari quantæ materia boni in regis pectori fuerit, si quis tam ingenuæ fidei scintillas fomento verborum animaret, et in majores vires bonis admonitionibus excitaret. Venit igitur rex sublimi tropæo splendidus et triumphali glo-

ria Angliam invictus investiturasque ecclesiarum Anselmo in perpetuum in manum remisit; eodem concedente, ut propter hominum regi factum nullus arceretur a benedictione. Consecrati sunt ergo Cantuariæ quinque episcopi ab Anselmo, die qui fuit quartus Idus Augusti: Willielmus ad Wintoniam, Rogerus ad Salesberiam, Reinelinus ad Hertfordum, Willielmus de Warlewast ad Exoniam, Urbanus ad Clamorgan. Erant et ibi assistebant primæ sedis suffraganei, Girardus Eboracensis, Richardus Lincolniensis, Joannes Bathoniensis, Herebertus Norwicensis, Robertus Cestrensis, Radulfus Cistrensis, Ranulfus Dunelmensis. Ita per reverendum Anselmum libertas ecclesiarum rediit, pax serena insulsi. Cæterum de decretis conciliorum ab eo celebratorum nihil attinet dicere, cum omnia jam obsoleta scientur deperisse; unde non casu factum, sed divino sensu putatur, ut et in ejus consecratione et in pallii susceptione legeretur: « Misit servum suum hora cœnæ, etc. (Luc. xiv.) » In nullo enim ei efficaciter obtuperatum, sed omnibus pene pretenta excusatio, quæ vel prædicando docuit, vel interminando prohibuit. Sed ad exemplum servi evangeliæ, qui bino exitu de non invitatis nuptiale implevit triclinium, ipse bino ab Anglia excessu multa luera animalium prædicando exexit ad cœlum. Verumtamen ne studiosos rerum fraudare videar, leve judicabo in describendo concilii textu operam perdere.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo secundo, quarto autem presulatus Paschalis summi pontificis, tertio regni regis gloriosi Henrici Anglorum, ipso annuente, communi consensu episcoporum, et abbatis, et principum totius regni, adiunatum est concilium in ecclesia Beati Petri in occidentali parte juxta Londoniam sita: in quo præsedidit Anselmus Dorobernensis archiepiscopus, et primas totius Britanniæ, considentibus venerabilibus viris, Girardo Eboracensi archiepiscopo, Mauricio Londinensi episcopo, Willielmo Wintoniæ electo episcopo, aliisque tam episcopis quam abbatis: huic conventui adfuerunt, Anselmo archiepiscopo petente a rege, primates regni, quatenus quidquid ejusdem concilii auctoritate decerneretur, utriusque ordinis concordi cura et sollicitudine ratum servarebant. Sic enim necesse erat, quia multis retro annis synodali cultura cessante vitiiorum veribus succrescentibus, Christianæ religionis fervor in Anglia nimis refrixerat. Primum ergo ex auctoritate sanctorum Patrum Simoniæ hæresis subreptio in eodem concilio damnata est, in qua culpa inventi depositi sunt; Guido de Persora, et Wymundus de Tavistoc, et Aldowinus de Ramesey, et alii nondum sacrae, remoti ab abbatis suis, scilicet Godericus de Burgo, Haimo de Cernel, Egelricus de Middeltone, absque Simonia vero remoti sunt ab abbatis suis, pro sua quisque causa. Richardus de

A Hell, et Robertus de sancto Edmundo, et ille qui erat apud Michelney. Statutum quoque est, ne episcopi sæcularium placitorum officium suscipiant: et ut non sicut laici, sed ut personas religiosas detet ordinatas vestes habeant; et ut semper et ubique honestas personas habeant testes conversationis suæ; ut archidiaconatus non dentur ad firmam, ut archidiaconi sint diaconi, ut nullus archidiaconus, presbyter, diaconus, canonicus uxorem ducat, aut ductam retineat. Subdiaconus vero quilibet, qui canonicus non est, si post professionem castitatis uxorem duxerit, eadem regula constringatur; ut presbyter quandiu illicitam conversationem mulieris habuerit, non sit legalis, nec missam celebret, nec si celebraverit, ejus missa audiatur; ut nullus ad subdiaconatum aut supra ordinetur sine professione castitatis, ut filii presbyterorum non sint heredes ecclesiarum patrum suorum, nec quilibet clericus sint sæcularium prepositi vel procuratores aut judices sanguinis, ut presbyteri non eant ad potationes, nec ad pinnas bibant (57), ut vestes clericorum sint unius coloris, et calceamenta ordinata, ut monachi vel clerici, qui ordinem suum abjeccerunt, aut redeant aut excommunicentur, ut clerici patentes coronas habeant, ut decimæ non nisi ecclesiis dentur, ne ecclesiæ aut præbendæ emantur, ne novæ capellæ flant sine consensu episcopi, ne ecclesia sacretur, donec provideantur necessaria presbytero, et ecclesiæ, ne abbates faciant milites, et ut in eadem domo cum monachis suis dormiant et comedant, nisi aliqua necessitate prohibente, ne monachi poenitentiam cuivis injungant sine consensu abbatis sui, et quod abbates sui de hoc eis licentiam dare non possunt, nisi du eis, quorum animalium curam gerunt, ne monachi compates, nec monachæ commates flant, ne monachi teneant villas ad firmam, ne monachi ecclesiæ nisi per episcopos accipiant, neque sibi datas ita exsponient suis redditibus ut presbyteri ibi servientes in his, quæ sibi et ecclesiis necessaria sunt, penuriam patientur, ut fides inter virum et mulierem, occulte et sine testibus data de conjugio, si ab alterutro negata fuerit, irrita habeatur, ut criniti sic tondeantur, ut pars aurium appareat, et oculi non tegantur, ne cognati usque ad septimam generationem copulentur, vel copulati simul permaneant, et si quis hujus incestus conscious fuerit et non ostenderit, ejusdem criminis se participem esse cognoscat, ne corpora defunctorum extra parochiam suam sepelienda portentur, ut presbyter parochiæ perdat, quod illi inde juste debetur; ne quis temeraria novitate corporibus mortuorum, aut fontibus, aut aliis rebus (quod contigisse cognovimus), sine episcopali auctoritate reverentiam sanctitatis exhibeat, ne quis illud nefarium negotium, quo hactenus in Anglia solebant homines sicut bruta animalia venundari, deinceps præsumat. So-

(57) Vide *Gesta regum*, supra, § 149, not.

domiticum flagitium facientes, et eos in hoc voluntarie viventes [al., juvantes], in eodem concilio gravi anathemate damnati sunt, donec confessione et pénitentia absolutionem mereantur. Qui vero in hoc crimine publicatus fuerit, statutum est, si quidem fuerit persona religiosa, ut ad nullum amplius gradum promoteatur, et si quidem habet, ab eo deponatur; si autem laicus, ut in toto regno Angliae legali sue conditionis dignitate privetur, et ne bujus criminis absolutionem, his qui se sub regula non voverunt, aliquis nisi episcopus deinceps facere præsumat. Statutum quoque est, ut per totam Angliam in omnibus ecclesiis, et in omnibus Dominicis diebus excommunicatio præfata renovetur.

Perseveravit ergo in Anselmo ad exitum vitae invictus vigor, pietatis fervor. Excessit anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo nono [al., decimo], regni Henrici nono, etatis sue sexagesimo sexto, pontificatus decimo sexto; sepultusque primo ad caput prædecessoris sui Lanfranci, postea dignius mausoleum in orientali portico accepit; vir qui omnes, quos quidem viderimus, sapientia et religione præstaret. Adeo peccatorum extorris, ut viro veracissimo, mibiique notissimo dixerit, nunquam se postequam monachus fuisse, ita stimulis ire actum ut alicui impingeret convictionem, nisi semel tantum in hoc excidisse. Nunquam nisi unum dictum emissee, cujus memoria conscientiam exulcerasset. Super cœnam quandam recordatus crudum se halec comedisse, percusso peccatum ingemuit, quod crudam carnem contra legem assumpsisset. Edmero vero qui assideret dicenti, quod sal cruditatem halecis excoxisset: «Sanasti me, inquit, ne peccati torquerer memoria.» Obedientiæ pertinax custos, cum archiepiscopus liberæ potestatis esset, rogavit papam Urbanum, ut sibi aliquem proponeret, cuius Anselmus jussa tanti faciebat, ut cum eum cubili locasset, non solum sine præcepto ejus non surgeret, sed nec latus inverteret. Eloquentiæ etiam in communis loquela torrens profluus, qui nec inter comedendum a divinis vacaret eloquis. Delectabaturque eximie cum quæstiōnibus propositis objicientium acumen experiretur, sere omnia vel sua assumpta similitudinibus, vel aliorum objecta transigens vel eludens. Jam vero ex industria hebetem in saecularibus se præbebat, ut turbulentia talium negotiorum procella vexatus, artibus quoque desiceret. Quod cum domestici contubernales videbant, semotis turbis subornabant aliquem, qui animum residem cote quæstiuncularum exacerberet. Continuoque ille suscitata mente, et scintillanti lumine in quærentes intendens robur utriusque resumebat materiæ. Quam penitus vero arcanos humanorum et divinorum sensuum sinus intraverit, indicio sunt libri, quibus jamdudum decedente labore, orbis Latinæ successit favor.

A «Nec vero episcopatus onus, tantorum negotiorum moles, consuetis miraculis ferias infixit. Igne materiales et fulmineos, qui jam vicinas ædes depascebantur, porrecto salutari signo in cinerem compescuit. Stupuit Campania novum ebullire de rupe fonte, quando ipsius benedictione silex catus evomuit latice. Lepusculus ab hostibus circumventus, dum sub pedibus animalis cui sanctus insederat, quærit remedium, salvus effugit; iussi ille, et persecutores inhibentes latratus destituit, simul et conantes cursus fecellit. Ecce mulieris orbes vacuos sputo injecto jubar serenum implevit, sedicitantis rigorem panis ab eo datus coercuit. Cum jam supremum post decem et sex annos episcopatus effasset, percutatus est Baldwinum Radulphus Rossensis episcopum qui aderat, an balsami vel aliquantas guttas haberet, quo caput saltum delibutum corruptionis labem evitaret imposterum. Protulit ampullam, in fundo cuius parvissimum quiddam resederat. Manu ergo Edmeri vectareus liquor quantus erat insusus, vix volæ ineditatem malefecerat: quo velociter expenso, iterum tantum effluisse miratus est, nec destitit avarus exactor repetitis ansibus urgere prodigium, donec totum corpus ex omni sui parte, non perfunctorie balsamico ungue insiceret. Quoque magis facto applaudas. ampulla modo demisso ventre, modo obliquato sinn loties vacuata, peracto solemniter inunctionis officio inventa est plena plus medio. Posteroque die cum ad sepeliendum componeretur, offendunt lapidem corporis receptaculum minus pleno palmo temere cavatum. Cumque omnes missarent, quod nec aliis lapis facilis esset inventu, ne corpus curvando injuriam vellent sancti Spiritus facere organo, repente viderunt lapidem idoneum, et corpus sine adminiculo decenter sepulero illapsum. Astantium oborta letitia, clamor impulit astra; quem non tam meruit (quoniam prædicanda) miraculi dignitas, quam subventionis non expedita celeritas. Undecimo Kalendarum Maii in alterum saeculum abiit; nec tamen amantes sui vacuos opis mundo exposuit; militat adhuc se invocantibus, nec facile quisquam prona spe accedit ad tumulum, qui non plenarie precum referat effectum. Mirum illud, quod nuper Lugduni contigit; erant ibi duæ annæ reclusæ, quibus nihil sanctius, nihil concordius; ad has Anselmus dum ibi maneret dignanter veniens, crebras admonitiones virtutum infundebat; sed post ejus discessum, similitas inter eas propere (ut mos est seminarum) ebulliens, rupit pacem, scidit concordiam. Sensim itaque in manus processum: quod obliqua invidia, et annaris stimulis approbriorum dies noctesque agerent, furor armabat linguas, ira ministrabat contumelias, et ambas quidem stultitiae involvebat communio; sed magis unam premebat reatus, quæ dedisset eid principium. Huic Anselmus nocte astitit, undum mutatus ab illa lenitate vultus, quam in viveat viderat. Dabat auctoritatem sermonibus austeritas,

et quasi a longe, et ab alieno petita severitas. Pulchre, ait, monita mea servasti, quæ vobis servanda commendare debuissent vel professionis vestræ religio, vel meæ sedulitatis dilectio. Nunc seritis jurgia, irritatis odia oblitæ famæ vestræ, reverentiae meæ, profectus utrorumque. Quare per tanta terrarum intervalla me ad vos fatigasti; ut si desinitis, pacem restituam, si permanetis interminer prenam. Hæc visio litigatum mansuefecit mentem, lenivit tumorem: eisdemque nocte sequenti cum post lacrymas juges fessas sopor reclinasset, cœlestes protelavit excubias. Nam remotis terrenorum sensuum nebulis, visa est perspicue dominæ nostræ sanctæ Mariæ assistere, jussa pedibus assedit. Cumque dominæ dignatio copiam quæ vellet interrogandi fecisset, illa felici ausu animata, de Hugone illius verbis archiepiscopo recenter defuncto interrogavit quid sperare posset. Bene, inquit, filia erit, et per misericordiam Dei in proximo, et jam in foribus est remissio. Et de domino meo Anselmo Cantuarie archiepiscopo quid sciendum? De illo, ait nullo modo dubites quin in magna Dei sit gloria. Hæc dicta quasi anilium somniorum figurantur, nullus, queso, excipiat cachinno, nullus prosequatur ludibrio. Constat enim feminas illas et omnis rigore abstinentiae et salubri mentis compunctione, nullis usquam sanctis inferiores fuisse.

Igitur postquam venerandæ memoriazæ Anselmusp lutei corporis nodos evadens, huic vitæ valefecit, vacavit archiepiscopatus pleno quinquennio. Hoc totò spatio cum rex admoneretur ut matris suæ Ecclesiæ viduitati consuleret, miti responso differebat: optimos fuisse archiepiscopos quos pater fraterque misissent; se nolle a parentum felicitate degenerare. Quocirca magno scrutinio debere agitari consilium, ut eum poneret archiepiscopum qui vel æquis passibus virtutum antecessores suos conserueretur, vel æmularetur proximis. Talia responsa videbantur plena juris et æqui, et erant plane. Diu ergo multumque librato consilio concilium Windlesoris coegit, summam manum negotio impositurus. Eratque mentis propositum, ut eligeretur Faricius abbas Abendoniensis, vir ingentis acrimoniazæ, et insignis industriae ad ea quæ cœpisset explenda. Nihil tamen in archiepiscopi duntaxat electione voto indulgens suo, in commune arbitrium refudit electionem: quod et tunc, et alias insigni continentia fecisse dignoscitur, ipsorum in divino examine intererit, quo animo judicium sibi delegatum ventilaverint. Tunc ergo cum ex clericali ordine aliquem vellent, reclamatum est; nullum unquam clericum archiepiscopum Cantuarie fuisse præter unum Stigandum, qui ei proterve ingressus, et digne expulsus fuerit. Non esse necesse consuetudinem tantæ antiquitatis infatuari, præsertim cum contra fidem esse non posset probari. Hoc dejecti consilio, habentesque suspectum rigorem Faricii, hæc contulere. Si Longobardus ille fuerit archiepiscopus, rursus lites, rursus dis-

A sidia: nulli nostrum parcer, præsertim cum eum rex non aliter suscipiat, quam si e cœlo demissus sit. Sed hæc palam non dicenda; dicatur quod nullus vulneret conscientiam. Satis superque alienæ gentis homines fuisse archiepiscopos, abundare patriæ linguae viros, qui referant Lanfrancum scientia, religione Anselmum exhibeant, pannis utrumque. Esse Radulphum Roffensem episcopum, qui fama æquet antiquos, humili affabilitate vincat et veteres et novos. Si genus explores, spectabili Normannorum prospicio oriundum; si vitam inquiras, nulla etiam infamia præstrictum. Solum esse cuius religionem nec livor carpere possit quod discreta sit. Si scientiam litterarum rimeris, totas exhaustis Athenas; si eloquiam exigas, melito quodam lapsu ex ejus ore fluit oratio; cui accedit genialis soli, id est Cnonanici accuratus et quasi depexus sermo: hæc meruerunt suffragia, ut continuo mutata sententia rex in eorum voluntatem transiret. Actum quinto die post exactum quinquennium a morte Anselmi.

B Radulphus apud Sagum quæ est abbatia Normannia, primo adolescentia flore monachum se devorat; coalescentibusque virtutum incrementis primo subprior, mox prior, postremo abbas fuerat. Hunc ille locum exilem admodum et angustum; probe foris et intus exaltaverat. Assentebatur ei primo Robertus Belesmensis illius provincie dominus, patiebaturque hominem libere religioni excubare. Sed simul, ut alias diximus, ab Henrico rege Anglia pulsus, Normanniam concessit, de sacramento et homagio abbatem exigitare, pertinacius insistere; alter qui Romæ papæ prohibitionem audisset, prorsus abnuere. Quapropter abbatia relicta Angliam appulsus, circuitione abbatiarum, in quibus vita et sermocinationum merito gratiose suscipiebatur, inultum tempus elusit et perdidit. Nec enim ad Normanniam ad Robertum redire judicabat ingenuus, quod esset ille omnium fuditatum et iniquitatum altissimus gurses. Nec vero alicubi in Anglia diu sovere hospitium putabat honestum, ne importunitate sua indigenarum nauseam irritare videretur. Multitudo enim Normannorum abbatum tunc inundaverat provinciam, qui meditatos in patria et excusillos sermones inferebant anglis, nunc hic nunc illic aliorum impendio lenta consumentes otia: assueti venditare linguis, favoris venari auras, istas fastidii causas quantum modeste poterat Radulphus evitans, magis circa archiepiscopum conversabatur, cuius iam inde ab adolescentia fuisse sancto familiaris contubernio. Hinc fuit, ut illum, Gundulfo Roffensi episcopo defuncto subrogaret: accepto ab eo prius homagio et sacramento fidelem fore sanctæ Cantuariensi Ecclesiæ. Imminente consecrationis die, Anselmum obnixe Deum rogasse accepimus, ut quia Radulphum elegisset episcopum, tale illi pronosticon efficeret, quo suum judicium divinæ voluntati concordare gauderet. Adfuit simplici precia divinitas, et hunc versum exhibuit: « Erunt si-

miles angelis Dei. » Ita factus episcopus aestimatione boni quam de eo babuerant homines non fecellit; sed provexit in effectum, evexit in publicum. Quare cum de archiepiscopo ageretur, omnes in ejus electionem voluntate prona, tum etiam voce consona concurrerunt: ductus ergo ad sedem, non multo post pallium meruit Romanæ sedis indulgentia, afferente Anselmo legato, nepote ex sorore Anselmi archiepiscopi. Nam et in principio regni Henrici venerat Angliam ad exercendam legationem Guido Vienensis archiepiscopus, qui postea apostolicus fuit: tunc Anselmus, nec multo post quidam Petrus, omnesque reversi nullo effectu rei, grandi præda sui, Petrus maxime, quod omnes eum incendere caverent, qui esset filius Petri Leonis, sumini Romanorum principis. Crebra ergo ad Angliam commeabat legatio Romanorum insidianum imbecillitati Radulphi. Sed effugabantur omnes cautela Henrici. Nolebat enim ille in Angliam præter consuetudinem antiquam recipere legatum nisi Cantuariensem archiepiscopum: illique libenter refringebant impetum propter violentiam denariorum. At non ita facilis fleti Cono legatus in Gallia, omnes episcopos et abbates Normanniae suspensionis vota implicuit, quod tertio votaci ad concilia sua, non venerant, super quo habito tractatu, missus Romam Radulphus archiepiscopus et Herebertus Norwicensis, ut suo labore tantam legatorum confusionem digererent. Sed cum ad castellum, quod Feritatem vocant, venisset, sedissimum ulcus faciem ejus invasit et tumefecit, certum futuræ paralyseos indicium. Carbunculum vocal Plinius secundus, peculiare vultus vitium, quod vel cutem ad ossa corrodat, vel medicorum præventum diligentia, deformis cicatricem relinquat. Multis ergo diebus decubuit. Sed postea valitudine sedata, vel potius morte dilata Romam pervenit. Absens tunc erat Paschal's papa, Beneventique morabatur. Obsederant imperatoris satellites, qui tunc secundo Romam armis territabat, medios calles; nec potuit archiepiscopus potiri papæ colloquio nisi per internuntios. Illi quid apud papam egerint, epistola manifestabit.

« PASCHALIS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Angliae episcopis, et charissimo filio HENRICO illustri regi saluteu et apostolicam benedictionem.

« Veniente ad nos charissimo ac reverendissimo fratre nostro Radulpho archiepiscopo, vestram ad nos missam legationem per venerabilem episcopum Herebertum Norwicensem cognoscimus. Et quidem gravibus infirmitatem molestias impediti iidem fratres et coepiscopi, pervenire ad nostram presentiam minime valuerunt. Sed nuntiorum honestis venerabilibusque personis pervenientibus, eorum scripta suscepimus; in quibus et ipsorum postulationis et vestrae legationis vota perspeximus. Id enim optabatur, id poscebatur, ne Ecclesia Cantuariensis temporibus nostris, sua dignitate privetur; ne nos eamdem dignitatem minuamus, aut minui sinamus,

A qua videlicet potita est, ex quo a beato Gregorio per beatum Augustinum fundata est. Praeter hac litterarum indicia, legati, qui ad nos missi sunt, et sapientes ac strenui viri, assertiones suas prudenter, instanter, efficaciter executi sunt. Nos profecte legatorum personas, et assertions, et vestrum omnium legationes tanquam charissimorum fratrum, benigne hilariterque suscepimus: quod vobis in Deum propter dominum placere optamus. Vestra dilectioni notum habere volumus, quod Cantuariensis Ecclesie dignitatem nec immunoimus nec inminuere desideramus [*al. deliberamus*]. Beatus namque Gregorium apostolicæ sedis pontificis tanquam præcipuum Christi Domini membrum, quam Christiani populi pastorem et doctorem, et tanquam salutis æternæ ministrum in omnibus veneramur; et rata esse cupimus, quæ ab ejus institutionibus processerunt. Illam ergo dignitatem, quan ab eo per beatum Augustinum Cantuariensis suscepit Ecclesia, et quam sanctæ memoriz frater noster Anselmus jure ac possessione legitima tenuisse cognoscitur, nos profecto nullatenus immunoimus; sed in eodem statu esse Cantuariensem Ecclesiam volumus, ut authentica ejus privilegia juxta canonum sanctiones nullis perturbationibus violentur. Data Beneventi ix Kalend. Aprilis. »

Hic si papa expresse dixisset, has et has dignitates habuit Ecclesia Cantuariensis, et easdem illi confirmo, absolvisset litigium, controversiis impo- suisset modum. Sed dicens, quæcumque authentica habet, nos nullatenus immunoimus, indeterminatam rem, ut erat, reliquit in medio. Sic *callidus lepus* Romanorum novit se convertere ad oratorum versutias, et quæ vult, cassa suspendit ambage, non parcens alienis laboribus, dummodo consulat suis profectibus. Ita circa Romam plures dies Radulphus commoratus, modo in imperatoris exercitu papa duntaxat concessu, modo in Sutrio colloquium ope- riebatur papæ, quem rumor disperserat jam jamque adflore. Qua ille suspectione suspensus perdidit impensam. Namque illo non veniente regressus Normanniam circa regem mansit plus anno, mediatus Gelasio successori Paschalis citra moniles ve- nienti occurrere, ut præsens suæ partis patrem D objections adversariorum dispelleret. Tarsianus enim Eboracensis electus, qui nollet Cantuariensi archiepiscopo professionem facere, impigre mentes Romanorum ad sui favorem sollicitabat. Quia et Gelasio de medio facto, cum Guido Vienensis archiepiscopus, Calixtus in papatu dictus, successeret, et Remais concilium celebraret; misit ei Radulphus nuntios sue partis astipulatores, quos ille et palam suscepit gratius, et clam sefellit *callidus* quam tantum virum deceret, Eboracensem electum spreta omni antiquitatis regula consecrando, et quibus modis rationes suas tutatus fuerit ad rem etiam rege Turstanus, cum ventum fuerit ad resi- sionem Eboracensem, sermo non prætermis- evolvere.

Sed Angliam reversus Radulphus veteri, quod diximus, paralysis incommodo in dies aucto angabatur, non usque adeo tamen ut solemnia prætermiueret. Quanquam voce impeditior, at in consiliis non utilis auctor, imo ad iram aerior, quod sit illius valetudinis consuetudo, ut ad iracundiam agat animum, cum aliquid contrajus ecclesiae suæ fieret, ægre ferre et aspere ulcisci. Nec vero diu mansit in vita cum morbus quotidie ferocior exitum maturaret, obiit xiiii Kalendas Novembri anno ix patriarchatus, Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo vicesimo secundo. Hunc habuit finem Radulphus

A religione inpar nulli, peritia litterarum magnifice pollens, affabilitate certe facile omnium prius. Qui fortunarum amplitudine nihil plus aquisierit, nisi ut plus benefacere posset, quibus vellet. Quanquam ad estimationem vulgi tantum ejus decebat gloriæ, quantum accedebat fortunæ. Cæterum nullius delicti suspicio vel levi notabilis, nisi quod ad risus et jocos inclinationior erat, quam vel dignitatis vel gradus interesse videretur. Sed quæcumque faciebat, bono utique animo vir ille faciebat; de quo quidquam sinistrum suspicari, contra religionem est niti.

DE EPISCOPIS ROFFENSIBUS.

Cantuariensem ecclesiam sequitur Roseus, vicinitate loci, non auctoritate privilegii proxima, quæ et olim illa lactante fidem imbiberit, et nunc sequaci virtutum linea matrem imitari contendat. Rosa est oppidum situ nimil angustum, sed quod in edito locatum, fluvio violentissimo alluitur, hostibus sine periculo non accessibile. Pauca prorsus et pene nulla præsumum illius urbis gesta didicerim, quæ memora putem. Nuda ergo nomina si ponam, succensi mihi non debet. Dicendorum enim penuria pauca dicenti amolietur invidiam.

Primus ibi Justus a beato Augustino constitutus episcopus decadente Mellito archiepiscopo thronum Cantuariensem concendit.

A Justo Romanus apud Rosam substitutus, et ecclesiastice legationis causa ad Honorium papam directus, marinorum fluctuum rabie suffocatus animam amisit.

Vacanti sede successit Paulinus. Hujus laudem semper hactenus præ se tulit antiquitas, et in immensum extulit. Natione fuisse Romanum, a beato Gregorio cum ceteris in usum Verbi Angliam missum, a Justo archiepiscopo Northanimbrorum genti ordinatum episcopum, prælatum apostolum regem detrectantem evocasse ad fidem denuntiatione cœlestis oraculi, quod quondam divinæ assensu clementiae Edwinus ostenderit, nunc spiritus vaticinii Paulino infuderit. Ipsum ab Honorio papa pallium suscepisse, Honorium in archiepiscopum Cantuarie post Justum consecrasse. Post multa populi Aquilonialis spolia diabolo detracta ne militi emerito persecutionum decesset tentatio, violentia hostili perturbatum a sede, Cantiam concessisse: tunc, ut superius dixi, Rosensem ecclesiam suscepisse regendam, Honorio archiepiscopo et rege Edbaldo favorabili assentatione sanctissimum sacerdotem ambientibus. Suscepit ille quod [al. ut] ex fratribus animis suggerebat charitas, et inferioris loci solio interim contentus tempore suo tramitem carnis ingressus est post annos, ex quo ad Eboracum ordinatus est, xix, menses duos, dies xxi. Tumulatus est in ecclesia, quam ibi rex Ethelbertus a fundamentis excita-

B verat sancto Andrae apostolo, cuius honorem illa sedes adornat: famosus in illa provincia sanctus, et pro velocitate impigri ad preces occursus ab omnibus venerabiliter dilectus

Paulini locum cplevit apud Rosam Ithamar ab archiepiscopo Honorio datus et consecratus: Anglus quidem ortu, sed in quo nihil perfectæ sanctitatis quantum ad vitam, nihil elegantiae Romanae quantum ad scientiam desiderares. Ita primus in patriam pontificalis honoris in Angli persona ferens gratiam, provincialibus suis nonnullam dignitatem adjecit. Post Honorium ordinavit apud Cantuariam Deusdedit archiepiscopum, esset id archiepiscopi Eboraensis soleinne, sed pulso (ut dixi) Paulino nullus successerat. Nam et Scotti, qui Northanimbrorum regum favore provinciam compleverant illam, magis in paludibus inglorii delitescere, quam in excelsis urbibus consuoverant habitare. Simul, quia cum in multis, tum in observatione Catholicæ Paschæ delirabant, cavebant Romanorum apud Cantiam reliquæ ordinationes erroneorum suscipere.

Defuncto Ithamar successit Damianus a Deusdedit archiepiscopo constitutus.

Huic Puttam Theodorus succedere jussit, quantum idoneum otio ecclesiastico, tantum hebetem et segnem forensi negotio. Denique, cum sepe rerum adhuc profunda pace decidere meditaretur episcopatu, hostilis injuria causam libens suscepit. Nam Ethelredus rex Merciorum, nescio quo insolenti Cantuariæ regis responso incensus, totam Cantiam ferro et flamma premebat, omnesque terras Roffensis episcopatus abolitioni addixerat. Hanc Putta patienti animo complexus ærumnam, ad Sexwifum Merciorum episcopum secessit. Cujus liberalitatis munere ecclesiam campestrem et agellum adeptus, quod reliquum erat ævi pacifice consumpsit, cantuum ecclesiasticorum publicam scholam quoconque ire rogabatur exercens.

Tum Quichelmus ad eum ordinatus, non post multo necessariorum penuria confusus et ipse abscessit.

Gebmundus substitutus permanere sustinuit. Habitque successorem Thobiam scientia litterarum (ut Beda dicit) extrema satietate imbutum, quippe qui non modo Latinam, sed et Græcam linguam ita familiares haberet, ut eis quodcumque vellet æque ut propria, non minus facete quam expedite proferret.

Isque Aldulfo successore decessit, qui videlicet extremus in recensione Roffensium pontificum apud Bedam invenitur; hactenus enim ille. Cæterorum nomina in chartulis notata subjiciam: Dun, Erdulfus, Deora, Weremundus, Berumodus, Burthricus, Alstanus, Godwinus, Siwardus: hic eo tempore erat episcopus, quo Normani venerunt Angliam, paucisque diebus supervivens fatum explevit. Derelicta ecclesia miserabili et vacua, omnium rerum indigentia intus et extra, vix enim quatuor canonici erant, qui victu exili, et ipso ad horam vel prece vel pretio comparato, et indumento plebeio vitam tolerarent.

Has miseras corrigere pergens sapientissimus Lanfrancus archiepiscopus Arnustum quemdam monachum pontificem loco dedit.

Sed eo veloci morte prærepto Gundulfum æque monachum induxit. Sub eo res ecclesiæ auctæ magnis. Monachi plus quinquaginta facti, a quibus et amatur regula, et omnia abundant necessaria. Deputatur id Gundulfi gloriæ, maximeque Lanfranci industria, qui etiam ex suo villam Hedraam coemptam, monachorum sancto Apostolo famulantium usibus victuro jure transscripsit. Eratque Gundulfus religionis plenus, litterarum non nescius, in rebus forensibus acer et eliminatus, et qui putatus sit divina potissimum electione hunc honorem meruisse. Nam, cum adhuc apud Cadonum divinas Scripturas audiret, forte cum duobus aliis iuxta magistrum evangelium tenens considererat. Alteri vocabulum Gualterius, alterius nomen elapsum est. Tum magistro alias interim intento, illi inter se nonnulla ludo agentes, experiamur, inquiunt, revolutione foliorum, quis nostrum futurus sit abbas, quis episcopus. Similique cum dicto revoluto folio invenit Gundulfus prior: « Fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam (*Matth. xxiv.*) » Walte-
rus: « Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium domini tui (*Matth. xxv.*) » Tertium nescio quid dum inventum turbavit: quod eti audiri, libenter

A oblitus sum, quia ingenuæ mentis non est alios insultare malis. Cachinnis ex eventu crepantibus, interrogavit Lanfrancus quid haberent latitatem, atque cognovit, indubitate pronuntiavit Gundulfum episcopum, Walterum fore abbatem, tertium ad fabriæ sæculi revolvendum. Eventus rei probavit veritatem dicti. Gundulfus enim apud Rosam presul, Walterus abbas apud Evesham fuere; tertius abiit in vacuam. Eoque majus miraculum visum est posterius, quod nullam adhuc spem archiepiscopatus, nec etiam ad Angliam transitus Lanfrancus conceperat.

Functus ergo sancto sine Gundulfus, Radulphus (ut ante dixi) Sagiensem abbatem successorem habuit.

Quo ad archiepiscopatum levato Ernulfus successit. Is natione Gallus, apud canonicum Saec. Luciani in Belvaco non paucum tempus moaches egit. Sed cum nonnulla plena insolentia videri, quæ nec emendare posset, nec pati vellet, discussa intendit. Quæsito prius a Lanfranco consilio, incertanter facturus quidquid ille jubendum petasset. Ille, qui hominis industria probe calleret (nam et apud eum diu Becci studuerat) persuasit, ut ad se veniret, quia ibi animam suam salvare non posset. Venit ergo, et toto tempore Lanfranci moaches apud Cantuariam, ab Anselmo prior ibidem, non apud Burgum abbas, a Radulfo episcopus apud Rosam constitutus est. Grave quidem menora, quantæ probitatis et prudentiae in omniis officiis fuerit. Cantice dejectam priorem partem ecclesie, quam Lanfrancus ædificaverat, adeo splendide erexit, ut nihil tale possit in Anglia videri, in vitrarium fenestrarum luce, in marmorei pavimenti nitore, in diversicoloribus picturis, quæ mirantes oculos trahunt ad fastigia lacunaris. In Bergo monachorum numerus auctus, religio bonis monitis confota, ædium veterum ruderibus deturbatis nova fundamenta jacta, culmina erecta. Eaque omnia cum vorax ignis absumpisset meditanti reficare bonos pontificalis impactus. Ibi, quamvis omnia jam fœta viderentur (prævenerat enim vivacitas Gundulfi omnium successorum diligentiam) tamen semper aliquid comminisci, ubi virtus enitescere posset; firmare antiqua, moliri recentia. Vixit in episcopatu aliquot dies super novennum. Decessitque quandoque et octoginta annos natus, multa probitatis sua monumenta relinquens.

PROLOGUS LIBRI SECUNDI.

Librum primum hoc usque Christo solatiante prostrati, in quo nihil infra pollicitationem meam fecisse videor, dicens quidquid de Cantuariorum vel Roffensium episcopis memorabile nostra scientia potuit attingere. Nunc ergo secundum regalium Gestorum propositum ordo posceret, ut statim Westsaxonicos prosequerer, nisi me vicinitas locorum admoneret, ut illius Orientalium Saxonum

et Orientalium Anglorum pontifices anteposuerem. Quod autem aliam seriem regnum tenui, non lector factum necessitate, ut maximis prius regis enumeratis, quorum et anni et facta existabat. Tunc demum illa subjicerentur, quorum pene omnis annorum vetero et potestatis exiguitate obseverant. Hic autem posset ascribi injuria, si episcopatus suis fraudarem locis; quorum nec est series

clauda, nec adeo fama obscura. In hoc igitur secundo libro enumerabo nomina episcoporum Orientalium Saxonum, et Orientium Anglorum, illisque subdiam episcopatus omnes Westsaxonie. Nec pretergredietur cura mea quascunque novi in horum episcopatum diocesi abbalias, sapientaque in eis requiescentes, breviterque omnia digerens, quantum potero concordam studiosorum notitiae et fastidios-

A rum manusce. Illoc sane impetratum iri rogo, ne quis mihi veritas vitio, quod quedam, quae alias posui, huc iisdem verbis et sententiis transtuli. Quod sci aliter ideo feci, ut series rerum non aliunde petendam pulchritus uno loco constaret, et si quid alibi commode dixi, non hic me commodius dictorum posse putavi.

LIBER SECUNDUS.

DE EPISCOPIS LONDONIENSIBUS.

Haud longe a Rosa quasi xxv milliaris est Londo-
nia civitas nobilis, opima civium divitiis, constipata
negotiatorum ex omni terra, et maxime ex Germania
venientium, commerciis. Unde sit ut cum ubique
in Anglia charitas [al. raritas] virtualium pro sterili
proventu messium sit, ibi necessaria distribuantur
et emantur minore quam alibi, vel vendentum
compendio, vel ementum dispendio. Peregrinas
invehit merces civitatis sinibus Tamesis fluvius
famosus, qui citra urbem ad lxxx millaria fonticulo
susus, ultra plus lxx nomen profert, apud Doveram
enim pelago conditur.

Hic primus cathedralm pontificalem sedet Mellitus
beato Augustino constituerente. Mellitus Romae abbas
non cum Augustino Angliam venerat, sed postmodum
ad predicatorum supplementum missus fuerat.
Episcopus ordinatus habuit sedem in apostoli Pauli
ecclesia, quam Ethelbertus rex Cantuarie fecerat Londoniæ.
Eius enim inclinabatur imperio rex Orientalium Saxonum Sebirthus, ejusdem ex sorore Riu-
cula nepos, ad quem Londonia spectabat. Antiquitus
enim Orientales et Australes Saxones, et Orientales
Angli Cantuaritarum parebant regi. Quod illas
provincias a Vortigerno rege Britonum Hengistus
primus apud Cantiam rex non bello, sed dolo
obtinuisset. Post Ethelbertum vero Australes Sa-
xones Occidentalium Saxonum ditioni subjecti sunt.
Alteris Merciorum reges principabantur, donec et
hos et illos Westsaxonum occupavit, et subjecit
imperium. Sed ista posterius. Tunc vero Mellitus
Deo cooperante, et Ethelberti adjutus adminiculo
Christianitatis fidem egregie in provincia propa-
gavit. Nam et monasterium beato Petro in Occiden-
tali civitatis parte fecit, ipsius apostoli, ut fertur,
adminitus nuntio. Qui et coram visus ecclesiam
recens factam per se dedicaverit, et per rusticum
episcopo Xenium gratissimum, grandem scilicet
pissem destinaverit. Nec vero de dicto dubitate
voluit, qui videret agrestis satuitatis hominem, qui
nec Christianus esset, de Petro afferentem nuntium,
ejusdemque corporis lineamenta, quae Mellitus
nosset, ex pictura veraciter pronuntiantem. Credi-

B sum ergo nec consecrationis mysterium repetitum,
quam perfectam monstrarent candelæ per totam
ecclesiam accensæ, crucis factæ, nec minus aquæ
aspersæ, et sacrae olei locis debitum non frivola
vestigia. Cessit divino officio humana sedulitas,
pronuquiavitque voce prophetica momenti magi
futurum monasterium, in quo Apostolus pontificale
exercuisset obsequium. Sensim valicinii veritas
processit in medium, præsertim tempore regis Ed-
wardi ultimi, qui ampliori monachorum conventu
ibideum adunato ecclesiam ædificationis genere no-
vo fecit. Nec minus sed multo etiam magis rex Wil-
lielmus extulit locum magnis redditibus prediorum,
quod ibi regni suscepit insignia. Consuetudo igitur
apud posteros evaluit, ut propter Edwardi inibi
sepulti memoriam, regiam ibi regnaturi accipient
coronam. Post mortem itaque Ethelberti et Seberi
a successoribus regulis sede deturbatus Mellitus
Cantuarium venit. Ibi magno curarum æstu, quæ
sociorum pectora decoquabant, exceptus, conjuncto
sibi Justo secessit in Galliam expectaturus si forte
temporum serenareetur turbo. Verumtamen afflit
divinitatis instinctus, qui corde regis Ethelbaldi ad
creendum emolliit ambos mature revocavit, et
quidem Justus sedem propriam non difficeretur in-
travit. Mellitum vero pro penuria potestatis Ethel-
baldus restituere nequivit. Ita aliquanto tempore
honoris exsors. Postmodum Laurentio decedente
archiepiscopus Cantuarie factus est.

Duravit in Orientalibus Saxonibus perfidae labes
ad tempora Sigeberti regis eorum, qui hortatu re-
gis Oswii Northanimbrorum a Finano episcopo
baptizatus gentem suam ad fidem, quam cum
Mellito expulerant, reduxit per episcopum Cedrum.
Is fuit secundus Londinensis episcopus, sed in
Northanimbria apud Lestingi monasterium sumi
sepultus. Latius ista in Beda repertus, qui et com-
memorat Ceddam fratrem istius Ceddi habuisse se-
dem episcopalem et sepulturam in Lichfield. Post
Sigebertum, Swiþelwius frater ejus regnavit, eo
mortuo Sighere et Sebbi regnum tenuere sub Wifeli
regis Merciorum regimine. Sebbi illibatae fidei spe-

closi finis compos fuit. Siquidem tempore mortalitatis fidei signaculum fregit. Sed instantia Wlserii per Jerumanum episcopum recepit.

Is Wlserius defuncto Cocco per pecuniam corruptus Wine quendam, qui Westsaxonum fuisse episcopus, vacanti throno induxit.

Succedentibus autem annis Theodorus a Vitaliano papa Cantuarium archiepiscopus missus, Erkenwaldum venerabilem virum Londoniensibus praesulem dedit. Eum in miraculis perspicuum fuisse confirmat et recens fama et vetus memoria. Quorum illud notabilius fuit, quod cum æger pedes parochias lectica circumiret, ad oram rapacissimi amnis forte devenit. Ibi cum comites hæsitarent, quod insirmus nec equo nec pedibus transvadere posset, essetque timor ne vehiculum aquarum violentia subsideret, repente gurges disparuit, fluvius in eo loco totus dissipavit; statimque ut episcopus cum comitatu transiit, amnis, qui stans seorsum crispantibus undis se collegerat in cunulum, alveo suo redditus est. Ejusdem lecticæ attactu imbecilles multos curatos auctor est Beda. Fecit duo monasteria, unum sibi, alterum sorori. Suum Certesiae dicitur, quod per administratum ejusdam Frithwoldi, qui sub Wlserio subregulum agebat, opulentia rerum et monachis implevit. Splenduit ibi religio, nec defuit necessaria copia usque ad Danos, qui ut cetera locum illum pessundedere, ecclesia succensa cum monachis et abbatte. At vero rex Edgarus princeps incomparabilis non contentus novis monasteriis, quæ ubique tum per se, tum per episcopos addiscabat, nisi et vetera resarciret: illud refecit in solidum, undique veteribus chartis conquisitis, quarum testimonio prædia revocaret ad locum, quæ quidam ex magnatibus seu vi, seu vetustatis auctoritate occuparant ad jus suum. Sororis coenobium appellatur Berekingum in latere Londoniæ ad octo milliaria situm. Ibi illa Ethelburga vocata habuit cohaerentes sibi sanctitatis et pietatis [al. potestatis] socias Hildelidam proximo loco successorem, ad quam exstat emissus beatissimi Aldelini de virginum laude codex: Wlfidam pene modernam, quæ paucis annis Eadgari regis tempora prævenit, quæque vetustatem cæterarum sanctitatis gratia compensat et fere dixerim anticipat. Nihil enim orator irritum roga, modo credulitate non careat. Quarum (vere fatior) orationibus locus ille nunquam omnino destructus, nunc etiam tempore Normannorum, ut pleraque alia, numero sanctimonialium et ædium pulchritudine ad supremum evectus. Habetur ergo Erkenwaldus Londoniæ maxime sanctus, et pro exauditionis celeritate favorem canonorum nonnihil emeritus. Alii adeo sub obscuritatis nubilo jacent, ut non eorum scientur mausolea. Omnes etiam episcopatus hæc infecit miseria, ut apud habitatores illius memoria magnæ gloriae ducatur, qui sciat episcoporum loci vel prolerre nomina. Cæterum de gestis vel sepulcris, nec verbum, successorum itaque hec sunt nomina: Waldhere, Ingvaldus, Egulf, Wigeth,

A Edbricht, Eadgar, Kenwalk, Eadbold, Hecketus, Osmundus, Ethelnoth, Celbertus, Cernulf, Swithulf, Etstan, Wlsius, Ethelward, Elstan, Theodred.

Ilujs non penitus exsuletam memoriam civis prædicant, dicentes eum fuisse regis Ethelstani tempore. Cum eo ad bellum contra Analavum profectum, cœlestis munera, unde supra diximus, cum Odone Wiltensi deprecatore et indicem. Cognomen boni, vulgo sortitum pro prærogativa virtutum, uno excidisse magis errore quam criminis, quæ fures apud sanctum Eadmundum deprehensos, quæ conatus irritis martyr invisibili nodo astrinxerat, severitati legum addixerat patibulis adjudicatos. Sed de facto recogitante piguisse, totoque vite tempore post exercuisse pœnitentiam, culpa mordente conscientiam. Ejus corpus iuxta sepstram cryptæ locatum est in edito prætereuntibus conspicuo. Post Theodredum hi successiones continuas habuerunt.

Wlstanus, Brithelmus, Dunstanus postea Cantuarie archiepiscopus, Elstanus, Wlstanus, Elshunus, Elfwijs, Elswordus, Rodbertus, ex monacho Gemeticensi ab Edwardo rege factus, prius Londoniensis episcopus, mox Cantuariensis archiepiscopus. Cujus qui fuerit finis, sermo antecedens dicere prævenit.

Ei Willielmus ab eodem rege datum successor fuit.

Porro Willielmus ex comite Normannie rex Anglie Hugonem quemdam, cognomento de Orizal episcopum creavit. Is post paucos ordinationis annos in mortuum incurabilem incidit. Siquidem regia valetudo totum corpus ejus parvulit ulceribus occupans, ad pudendum remedium transmisit. Nam credens asserentibus unicum fore subsidium, si vasa humorum receptacula verenda scilicet excarentur, non abnuit. Itaque et opprobrium spadensis tulit episcopus, et nullum invenit remedium, quoad vixit leprosus.

Hugoni successit Mauritius regis cancellarius, quanvis in quibusdam minus prosperæ famæ, prædicabilis tamen efficaciam. Magnanimitatis certe ipsius est indicium basilica beati Pauli, quam inchoavit Londoniæ, tanta est decoris magnificètia, ut merito inter præclara numeretur ædificia: tanta cryptæ laxitas, tanta superioris ædis capacitas, ut cuiilibet populi multititudini videatur posse sufficere. Quia igitur Mauritius erat mentis inmodicus, laboriosi operis impensam transmisit ad posteros.

Denique, cum Richardus successor ejus omnes redditus ad episcopatum pertinentes sedificationis basilicæ transcripsisset, aliunde se suosque sustentans propemodum nihil efficere visus est, totumque censum ad hoc bene prodigus exhauriebat et per rurum in effectum prodibat. Quare, impetus boni, quem in initio episcopatus habuit cedentibus annis, desperatione lassescens, paulatim elanguit. Locus est in diœcesi Londoniensi apud orientales Saxonos. Cil [al. Cic], gentili vocabulo dictus, ubi est leme

Osgithæ in miraculis famosæ virginis requies : hunc vir ille terris aliquantis et regularibus implevit canonicis. Erant ibi et sunt clerici litteratura insignes eorumque exemplo talis habitus hominum, laeta, ut ita dicam, totam patriam vestivit seges. Meditabaturque ipse depositis olim involucris mundi eo transire, præserit longæ paralysis tabe admonitus, si non ægrum illecebris animum potestatis

A consuetudo retraheret. Hujus loci fuit primus prior Willielmus de Corbuil qui defuncto Radulpho Cantuarie archiepiscopo in illum honorem electus est. Quem, quamvis monachi trepidassent suspicere, quod esset clericus, tamen nihil poenitendum fecit. Erat enim religionis multæ, affabilitatis nonnullæ, cæterum nec iners, nec imprudens.

DE EPISCOPIS ORIENTALIUM ANGLORUM ET MONASTERIIS.

Primus orientalium episcopus Anglorum fuit Felix, Burgundus natione, qui Sigeberto in Gallia exsulanti familiaris effectus, Angliam cum eodem post mortem Eorpwaldi venit. Illoque regnum provincie sortito, episcopus ordinatus animositatib[us] regiae non desuit, quin ingenti studio et vigilanti labore toti regioni Christianam credulitatem insunderet. Scholas quoque literarum opportunitis locis instituens barbariem gentis sensim comitate Latina informabat. Decursa vita meta post septuaginta annos episcopatus sepultus est in Domuc seile sua, inde translatus apud Seham, quæ est villa juxta stagnum, quod volentibus ire in Heli quondam periculosum navibus, nunc facia via per palustre arundinetum transitur pedibus. Sunt ibi adhuc indicia dirutæ et a Danis incensæ ecclesiæ, quæ ibi habitatores pariter exustos ruinis operuit suis. Corpus vero sancti multo post quæsitionem et reperatum in Ramesiensi cœnobio, de quo posterius dicetur, humatum est.

Et substitutus est Thomas diaconus suus ex Giriورum provincia oriundus.

Cuius post quaque annos defuncti secundum impletum Bonifacius, gente Cantuarita, eodemque anno rum numero, quo Felix prædecessor suus, egit officium.

Tum Bisi vir venerabilis a Theodoro archiepiscopo creatus episcopus, quoad valetudo prospera permisit sine crimine vitam duxit. Sed adverso morbo cor replus duobus locum dedit. Rerexerunt ergo duo semper episcopi provinciam illam usque ad tempus Egberti regis Westsaxonum, quorum unus sedebat apud Domuc, alter apud Helmeham.

Baldwine et Hetha, Norbertus et Astulfus, Netholacus et Edredus, Edelfridus et Cuthwinus, Lamferd et Albrithus, Athewlf et Eglaf, Huferd et Endred, Sigge et Alhun, Alherd et Titfrid, hi duo erant episcopi orientalium Anglorum ; Alherd Helmonensis, Titfrid Domucensis, quando Offa rex Merciorum fecit archiepiscopatum apud Lichfield.

Humbrius et Weremund, et post eum Wildred, tempore enim Ludecanii regis Merciorum, et Egfrithi regis Westsaxonum Humbrius et Wilredus fuerunt episcopi Orientalium Anglorum. Sed eodem Ludecano et antecessore ejus Burhredo incursum provinciam, etiam episcopi necessariorum copia destituti sunt. Et quidem utrique reges intra regionem provincialium incursu extincti, cessarunt

tamen episcopatus, et ex duobus unus factus sedem apud Helmeham villam non adeo magnam accepit. Fuerunt ergo hi pontifices.

Athulf, Africus, duo Thendredi, Athelstanus, Algarius. De istius sanctitate non minimum indicium dedit scriptor vita venerabilis beati Dunstani, quod hic ejusdem verbis apponam. Dies, inquit, Ascensionis Christi festivus diem clarificationis beati Dunstani præcessit tertius. Tantæ itaque diei surgente aurora sacerdos quidam nomine Algarius doctrinæ et actionis merito præcipuus, quem postea nobilem in Helmeham episcopum clariusce accepimus, dum sacros Dominice Ascensioni honores in ecclesia Salvatoris p[ro]v[er]gil impenderet, et mentem ad celestia contemplanda extenderet, se ipso et omnibus hujus mundi rebus transcensis, Dunstanum pontificali throno conspicit præsidentem, et clero jura canonica dictantem. Et ecce per omnis ecclesie januas irruentium angelorum infinita ingrediuntur agmina. Qui dum coactis ordinibus sedenti astarent pontifici hujusmodi illi salutationis attoquium persolverunt. Salve, Dunstane noster, si paratus es, veni, et nostro gratiosus contubernio utere. Respondit Dunstanus, scitis, o sancti spiritus, hodie Christum ascendisse, nostrique officii esse tam verbo quam sacramento populum Dei resuscere ; ideoque hodie venire nequeo. Dixerunt, paratus esto die Sabbati hinc nobiscum Romanum transire, et ante summum pontificem sanctus [al. cum sanctis] æternaliter manere. Discessere angeli. At sacerdos qui rerum tani evidens contemplator exstiterat, exitum earum stupidus et tacius explorabat. Et infra : Sacerdos etiam, qui tam mirabilem in ecclesia extasi viderat, cognito quod non in imagine, sed in rerum veritate eamdem sustinuisse, palam omnibus et eum gemitibus magnis, quæ viderat, absolvit. Haec ab alieno scripto mutuatus sum, ut ostendatur lectoris quam venerabilis Algarius fuerit, qui tam occulta mysticis intuitus luminibus, foras quoque efferre dignus fuerit. Nec vero credibile putaverim, ut majori suscepto gradu minus sanctitudini advigilaret; imo credendum et propter reverentiam virtutum episcopum factum, et inter angelorum agmina, quæ viderat, suo die in cœlum receptum.

Post eum Alfwinus, duo Elfrici, Sigandus, sex ecclesiastis.

Et pro auro Grimketel electus tenuit quas par-

chias Orientalium Anglorum et Australium Saxonum. Intercessu vero temporis sic redditis rationibus Stigandus evaluit, ut sibi Australium Saxonum episcopatum restitueret, et Orientalium Anglorum fratri Ethelmero acquireret. Minimum id animositate suæ ratus, Wintoniensem et Cantuariensem thronos ascendit, vix ægrotque exoratus, ut Australibus Saxonibus proprius ordinaretur antistes.

Post Ethelmerum fuit Helmanensis episcopus Herfastus, sicut inventitur in concilii textu, quod sexto anno Willielmi regis pro primatu duorum metropolitanorum factum est. Qui ne nihil fecisse videbatur, ut sunt Normanui famæ in futurum studiosissimi, episcopatum de Helmham transalpum ad Thethfordum. Parce, ut aiunt, mentis hono, et nonnulla ex parte litteris eruditus: quique ante adventum Lanfranci in Normanniam probabilis in eis scientiae astimatus sit. Sed eo apud Beccum monachato, cum ubique scholares inflatis buccis dialecticam ructarent, Herfastus jam Willielmi comitis postea regis capellanus, ad famosum gymnasium magna sociorum et equorum pompa peruenit. Tum Lanfrancus ex prima collocutione intelligens quam prope nihil sciret, Abcedarium ipse expediendum apposuit, ferociam hominis Italica facet illudens. Quo is irritatus per comitem efficit, ut Lanfrancus Becco Normanniaque omni submoveretur. Sed intercedente Dei gratia animus Willielmi pacatus est, alterque retentus: sagente maxime Willielmo filio Osberni. Maximaque init recuperande gratiae occasio, quod cum Lanfrancus ad curiam commeatum petiturus venisset, equus ejus forte claudicans comiti cæchimum excusset.

Post hunc diebus Willielmi minoris emit episcopatum Telfordensem Herebertus cognomento Losinga, quod ei ars adulatioñis impegerat, ex priori Fiscavili, et ex abate Rameseæ factus episcopus, patre suo Roberto ejusdem cognominis in abbatiā Wintoniæ intruso. Fuit ergo vir ille magnus in Anglia Simonis fomes, etiam abbatiā episcopatumque numeris aucepatus, pecunia scilicet regiam sollicitudinem inviscans, et principum favori promissiones non Jeves assibilans. Verumtamen erroneum impetum juventutis abolevit poenitentia Romam profectus severioribus annis, ubi loci baculum Simoniacum et anulum deponens, indulgentia clementissime sedis iterum recipere meruit, quod Romani sanctius et ordinarius censeant, ut ecclesiæ omnium sumptus suis postul-serviant marsupiis, quam quorumlibet regum usibus militent. Ita Herebertus domum reversus sedem episcopalem transportavit ad insignem mercionis et populorum frequentia vicum nomine Norwic. Ibi monachorum congregationem numero et religione percelebrem instituit, omnia iis necessaria sumptu mercatus domestico. Providens scilicet successorum querere, nullas de episcopo terras monachis largitus est, ne illi Dei famulos fraudarent virtualibus, si quid offendissent, quod suis compe-

A teret rebus. Præterea apud Theodsordum monachos Cluniacenses instituit, quod sint illius cœnobii professores ubique gentium pene dispersi, locupletes in seculo, et splendidissimæ religionis in Deo. Ingens ergo et numerosa virtutum gratia præteritarum offensarum obumbravit molem, præcipue prognostico antecessoris et suo, a malo exterritus, et ad bonum erectus. Herfasti fuit, et Non hunc sed Barabbam (Joan. xvi); et suum; et Amice, ad quid venisti (Matth. xxvi); quo audito, nec lacrymis, nec his fere verbis abstinuit: et Male quidem intravi, confiteor, sed Dei gratia operaute bene egrediar. Eta ergo dissortitudinis et litterarum copia, nec minus sæcularium rerum peritia, Romanæ celsitudini spiciendus. Mutatusque Herebertus fuit (ut Lucas de Curione dicit) momentum et mutatio rerum; sicut tempore Willielmi regis Simonis causidem, ita regnante Henrico propulsator invictus. Neque ab aliis fieri voluit, quod a se quondam præsumptum juvenili servore indoluit. Præ se, ut ferunt, semper ferens Hieronymi dictum: Erratum juvenes, emendemus senes. Postremo quis in illius saeculi laudem digne altexat, quod tam nobile monasterium episcopus non multum pecuniosus fecerit, in quo nihil frustra desideres vel in ædificiorum specie sublimium, vel in ornamentorum pulchritudine, tam in monachorum religione, et sedula ad oves charitate? Hæc et vivum spe felici palpabant, et defunctum (si non vana fides poenitentia) super æthera uulerunt. Ad episcopi Norwicensis diœcesis pertinere dignoscitur monasterium Sancti Edmundi. De quo, quanquam alias dixerim, nunc si breviter commemoravero, non vacat a ratione. Sic enim et dispositum meum ordine procedet quo cogitavi, post commemorationem episcoporum sanctorum in eorum parochiis requiescentes non præterice. Et gratiose fateor accidit, ut primus sanctus Edmundus occurreret, qui quasi rex et princeps patriæ compatriatorum sanctorum primus palam laudis vindicaret. Regnavit ille in Orientali Anglia, vir Deo deatus, et avita regum prosapia excellens. Qui, cum aliquis annis pacifice provincias præfuissest, in illa tempore tollitio virtutem ejurare compulsa: Danorum deces Hinguar et Hubba, Northanimbrorum et Orientalium Anglorum depopulatur provincias venere. Quorum primus regem non resistenter, sed armis projectis solo prouin, et orationem cepit, et post nonnulla tormenta decapitavit. Tunc et sedes episcopalibus aged Scham, ut supra dixi, et monasterium Heliense sanctimonialibus effugatis incensa et solo complanata. Sed emiquit post necem beati viri transacta vita puritas dignis miraculis. Caput a corpore lictoris saevita divisum dumeta Danis projicientibus occuluerant. Quod dum cives quererent, hostem abscondit vestigiis inseculi, funeri regio justas inferias absoluturi, jucunda Dei munera hausere, examinati capitù vogem expressam omnes ad se lictores invitantem, lupum feram carnibus assuetam laceris illud circumplexam innoxiam prætendere custodiam:

cumdem more domestici animalis bajulos post terram ad tombam modeste secutum nullum lassisse, a nullo Iesum esse. Tunc pro tempore humi traditum corpus venerabile, tumultuari injecto cespite terra gleba superjecta, et exilis pretii lignea capella superstructa. Sed et domunculam succidenti tempore vapres oblexerant, animisque provinciales memoriam martyris abjecerant. Adfuit ille oscitantibus, semisopitas montes eorum ad sui reverentiam signis excitans, et leve quidem ac frigidum sit, sed tamen primum virtutum ejus experimentum, quod subhiciam. Cœci, qui baculo viam tentaret, errore nocturno capellam ingressi lux cœlitus obvia orbis implevit. Mox latrunculos eamdem ædem noctu expilare aggressos, invisis loris in ipsis conatibus irrelivit, formoso admodum spectaculo, quod prædones prædones tenuit, ut nec crepto desistere, nec inchoata valerent perficere. Quapropter Londonie præsum plebejæ machinæ diurnam sustulit invidiam, angustius ædificium super veneranda membra molitus, quæ et miranda incorruptione, et lacteo quodam candore gloriam sanctæ animæ prædicabant. Caput reliquo corpori compaginatum, signum tamen martyri coccinea eleatrice prætendens. Porro illud humana exedit miracula hominis mortui crines et ungues pullulare, quos Oswen quædam sancta mulier quotannis hos ponderet, illos desecaret magna veneratione posteris futuros : sanctæ temeritatis femina, quæ contrectaret artus, quibus omnis inferior est mundus. At non ita Lefstanus effrenata audaciae adolescens, qui sihi corpus martyris minis inflationibus ostendi exagerat, famæ, ut dicebat, incertum fide oculorum ponderare deliberans. Ideoque præcipitis ausus pœnam tulit amens effectus, et post modicum scaturiens vernibus et mortuus. Non sibi profecto, quæ olim consueverat, novit Edmundus facere :

Parcer subiectis et debellare superbos.

Quibus duobus ita omnes sibi Britanniae devinxit incolas, ut beatum se in primis astruat, qui locum requietionis ejus, vel nummo, vel pretio illustraret. Ipsi reges aliorum domini servos se illius gloriantur, et coronam ei regiam missitant, magno, si uti volunt, redimentes commercio. Exactores vectigalium, qui alias bacchantur, sive nefasque juxta metentes, ibi supplices citra fossatum sancti Edmundi litigationes stant, experti multorum pœnam, qui perseverandum putarunt. Fossatum Cnunto rex præcepit fieri, patris sui Swani miserabili sine eductus ad bonum. Nam cum ille tempore regis Edelredi totam Angliam devastans, in terra sancti Edmundi nihil refractiores ininas anhelaret, a martyre lev-

A ter admonitum per somnium ferunt, sed barbarica ineplia durius respondentem eonto percussit et examinavit. Tantum more in medio, quod excusus sopore auctorem et modum mortis astantibus paterficerit. Confabulationes enim altercantum et sonum ictus custodes corporis mirum in modum audierant. Sciebat huc Enzo, ideoque nihil non effecit, ut sancto blandiretur. Præter fossatum, quod prælibavi, quod terras sancti ab omni inquietudine defenseret : denique basilicam animositate regia, quantum illius temporis usus flagitabat, super venerabile corpus construxit, abbatem et monachos instituit, prædia multa et magna contulit. Perstat hodieque donorum ejus amplitudo integra, quod locum ille infra se aspiciat Angliae nonnulla monasteria. Per successiones abbatum fuit ibi Lefstanus tempore regis Edwardi : hic quibusdam de incorruptione sauci male eruditus male consilens, suo discrimine aliorum fidei prosposit. Prolatumque corpus in medium iaspiciendum exhibuit, ipso a capite monacho suo a pedibus trabente. Palam itaque imprecatus est dicens : *Domine sancte Edmundi, tu nosisti quod non infideli mente, sed pro aliorum salu te hoc fecerim, ne divinum in te mundo celaretur miraculum ; quia tamen peccatorum multorum sum reus, nec a me debuisset contrectari sancti Spiritus organum, si tibi factum displicet in me temporaliter ulciscere.* Præstat enim, et malo, ut aliqua insigniar corporis clade, quam aeterna involvatur ultione. Vix orationem finisrat, cum ecce ambarum manuum digiti vel retro miserabiliter retorti, vel volæ pertinaciter infixi, poena, quam rogaverat, virum mulctavere. Post etiam aliis debilitatibus correptus, regem Edwardum per nuntios converit, ut sibi medicum nitteret, ille Baldwinum sancti Dionysii monachum ejus artis peritum dirigendum curavit. Qui cum in cæteris probe, in digitorum curatione nihil promoveret, mirari coepit homo, qui magna in medendo fortunæ esset. Sed causam morbi a scientibus edocitus, in loco remansit, amorem martyris totis precordiis amplexus. Pluribus ergo anni's notitiam plenam principum adeptus, Lefstano non tam successit, quam accessit abbas, illo amittente, rege volente. Sub eo et per eum libertas monasterii ab Alexandro D papa data, ut nulli episcopo locus ille subdatur in aliquo, archiepiscopi tantummodo nutum in legitimis spectaturus. Omnia intus et extra innovata. Ædificiorum decus oblationum pondus quale et quantum in Anglia nusquam. Jacent in ecclesia duo sancti, Germanus et Botulfus. Quorum gesta nec ibi, nec alibi haberi memini, nisi quod primus frater sanctæ Etheldritæ, secundus episcopus asseritur

DE EPISCOPIS OCCIDENTALIUM SAXONUM ET PRIMO DE WINTONIENSI.

Age nunc, quia Cantuariensem episcoporum et Roffensem, Orientalium Saxonum et Anglorum nomina transcurrimus, ceterorum sedes et gesta, quantum vel fama vel scripto sciuntur, commemo-

reimus. Ac primum pro ratione propositi offerunt se Westsaxes, quibus primo fuit episcopus unus in Dorcestria: mox duo, unus in Wintonia, alter in Schireburnia. Duobus tempore regis Edwardi tres

additi, Wellensis, Cridiensis, Cornubiensis. Nec multo post sextus in Ramesburia. De quibus omnibus quia ordinatum sermonem meditatur oratio, primum pro dignitate civitatis de Wintoniensi illicentium.

Tempore igitur quo Kinegislus et Quicelinus apud Westsaxonos regnabant, Birinus (dubium unde oriundus) hortante Honorio papa in Britanniam praedicationis munus suscepit. Ordinatusque in episcopum ab Astorio Genuensi episcopo pertendit ad pelagus, quo Britanniam transmitteret. Cumque reculas suas in sarcinas compонeret, nantis pro tempes-tivo vento urgentibus, corporalia (quae dicuntur) oblitus est. Sed jam in altum promotus, cuius serenum salutem puppis sulcari leta, recordatus jacture hresit mente: si nautas appellaret de redditu, pro secunda navigatione non dubium quin rideretur; si taceret, damnum apostolici munieris pateretur. Itaque animositate tota credulitatis arma concu-tiens, descendit pedibus in mare, concitoque cursu littus relictum repotuit. Ibi corporalibus repertis et acceptis geminato beata felicitatis ausu ad socios redit, undarum cumulos et mille obvias mortes fide dispergus. Iti quoque tanto emolliti miraculo, jactis anchoris cursum navis tenuerunt. Quapropter certatim omnium obsequio receptus, non multo post continentem attingit in regione Westsaxonum. Is erat annus XI, post adventum Augustini, regnanti-bus predictis regibus, anno XXV, pollicitus fuerat Birinus Honorio papæ, quod extrebas Anglorum penetraret provincias, ibi credulitatis saturus semi-na, ubi nec Evangelii suisset nomen auditum. Ve-ruuntamen, continuo ut appulit, omnes ibi sacrilegis ritibus pertinacissime dedicos invenit. Quocirca satum visum est ulterius pertendere, et, cum illic nullum sannum reperiret, agros, quibus mederetur, quærere. Restitit ergo, et cum divino nutu, tum suo adhuc prius ipsi regi Kinegisto, mox etiam provinciæ omni lavacrum salutare impetravit. Contigitque laudabili plane spectaculo, ut dies dicta regis baptismati occurreret diei, quo filiam suam deliberaverat nuptum tradere Oswaldo sanctissimi Northanin-brorum regi, liberali ergo commercio actuum est, ut futurus Kinegisti carnalis gener, prius ejus fieret in baptismo spiritualis pater. Reges igitur ambo de-derunt predicatori suo sedem episcopalem Dorcestriam, tunc urbem, modo villam, quam tempore illorum reges habuerunt Westsaxonum, sed sequenti pontificis Merciorum. Denique ad nostram statem du-ravit ibi episcopalum Merciorum sedes, nunc vero est apud civitatem Lincolniam. Ita Birinus sacris laboribus emeritus vitaque defunctus, Dorcestriæ in ecclesia, quam rediscaverat sepulchrum est. Posterioribus annis confirmato episcopatu Westsaxonum in Wintonia, illuc a pontifice Heddja translatus pa-tronus civitatis post Deum habetur.

Post cum Angilbertus natione Gallus provinciæ præsulatum tenuit. De cuius adventu et abscessu in Beda latius lecturus, hic cognosces compendio. Sub-

A introducto in episcopatum Wintoniæ Wine vocabulo, homine Anglo, sed apud Gallos ordinato, abscessit intensus. Nec diu invasor sovit otium, sed ejusdem regis tyrannie pulsus ad Ulserium regem Merciorum fecit confugium: emploque ab eo episcopatu Londoniæ dies vite residues consumpus a se exemplo posteris, ut non faciem discernas majore peccato et infamia, an illius qui rem sacra venum proposuerit, an illius qui emerit. Tum Angilbertus per nuntios regis exoratus ut rediret, excusavit adventum, quod Parisiaci episcopatus vinculis teneretur astrictus. Ne tamen spem postulantis eluderet, misit nepotem Lutherium, qui pro provincialium assensu exceptus, et a Theodore archiepiscopo consecratus, vii annis Westsaxonum B rexit ecclesiam. Quod ideo non tacui, quia de annis episcopatus ejus Beda nihil expressum reliquit, mibi ex Chronicis cognitum dissimilare silentio præter religionem videbatur.

Ejus successor fuit plus XXX annis Heda, qui prins fuerat monachus et abbas. Ille Beata dicit officium exercuisse magis insito sibi amore virtutum, quam ullius litteraturæ doctrina præditam. Unde non parvo inoveor scrupulo, quippe qui legerim ejus formales epistolas non nimis indecte compositas, et Adelmi ad eum scripta maximam vim eloquentie et scientie redolentia. Sanctitatis ejus reverentiam numerus miraculorum coelitus emissorum hominum manifestavit notitiae: quæ nunc inter rim supprimit contentus gloria olim post recentem obitum acquisita.

Ipsò defuncto, quia diœcesis ejus ab uno nequibat gubernari idonee pro circuitus spaciitate, di-visa est in duas; una data Danieli, altera Aldelmo. De Adelmo et ejus successoribus tempus erit Deo comite cum serino procudetur, quantum utilius auditorum sufficiat; nunc ut sponpondi Wintonienses aggrediar. Daniel, defuncto Aldelmo, multo tempore superstes fuit XLIII annis in episcopatu. Postmodum, ut vivaceam senectam sanctio consummaret otio vivens honorem exuit, Melduni (quantum vixit) monachum exercens, ut fama fert sinceriter ad nos per successiones manans. Ibidemque sepultus asseveratur. Quamvis Wintonienses eum D apud se habere contendant, nec ejus mausoleum vel vere vel suspiciose ostendere prævaleant.

Successit Ilmfredus, cuius memoria fit in con-cilio Cuthberti archiepiscopi, Tum Kinehardus, illi Athelardus, ex abbatte Melduni mox archiepisco-pus, Athelardo Egbert, Dudd, Cineberd, Almund, Wighton, Herefrith, Eadmund, Helmstan, hic fuit tempore regis Westsaxonum Egbrithi.

Quo viam patrum ingresso, Swithunus successit, ejusdem presbyter ecclesiæ ab Helmstano iam dudum ordinatus. In quo, dum vite religio cum simplici prudentia conquadret, natura industriaque laudabilis regis auditum non effugit. Quocirca illum hactenus excoluit, ut et multa negotiorum ejus co-silio transfigeret, et filium Adulfum ejus magisterio

locaret. Quo factio prælusi felicitati futuræ adolescentis fortuna, ut sub sanctissimo prædagogo addisceret, qualiter non rudit olim ad gubernandam remp. procederet. Est enim Platonis vetus et laudata sententia : « Tunc fore beatam reipublicam, si vel philosophi regnarent, vel reges philosopharentur. » Veritas dicti prodit in effectum per istum Adulsum, cum patre defuncto, quia alter legitimus hæres non existaret, ex gradu subdiaconi Wintoniensis in regem translatus est, concedente Leone illius nominis papa tertio. Tum vero palam erat, quid eum spiritualis philosophia docuisset, dum magis famulorum Dei, quam suis utilitatibus propiciens omne regnum Deo decimaret : nihil saceret nisi ratum, nihil juberet nisi pium. Sed hæc alias egimus : nunc in manibus Swithuni gesta evolvimus.

Quem ille ut altorem, doctoremque suum suspiciens (sic enim eum vocabat) non prius abstulit, quam episcopatu Wintoniensi honoraret consentiente clero, ordinante archiepiscopo Cantuariæ Celnotho. Lætis ergo incrementis fundamenta bonorum in regno jacta per regem, pullulabant per pontificem, dum iste bonum urgeret, quod ille suis præsertim admonitionibus inciperet. Et erat quidem virtutum omnium promptuarium, sed aggaudebat duabus maxime, clementia et humilitate. Ambarum insignia stylus subjicit. Operariis ad pontem in orientali parte urbis faciendum forte assederat, ut instanti præsentis suscietat stimuli desidium incuriae. Et ecce per pontem commeabat in civitatem semina commercii [al. commercii causa] ferens ova, prosliliunt undique (ut mos est ejus generis hominibus) et petulantie excussu omnia ova ad unum confringunt. Id non leve sanioris mentis hominibus visum, sed statim in notitiam domini episcopi delatum. Is ante se adductæ mulierculæ annis et pannis squalide querelam auscultat, damnum suspirat, misericordia mentis cunctantem miraculum [al. in miraculum] excitat, statimque porrecto crucis signo fracturam omnium ovorum consolidat. Exiguumne est hoc sanctitatis et clementiae documentum ? Quid de humilitate ? Quandocunque novam fabricam in Dei Ecclesiam consecrare deberet, eo quamlibet longum esset, non equo vel vehiculo, sed pede impiger contendebat. Et ne daretur ab imperitis ridiculo, vel superbis jactantiae notaretur elogio, visitibus hominum abditus, nocturnus viator totum iter conficiebat. Solitarie sanctitatis amator, nulla pompa bona sua prostituebat. Hinc factum opinor, ut cœlo tantum teste fruitus, omnium miraculorum suorum notitia posteriorum fraudaret conscientiam. Jam vero vita præsenti valefacturus pontificali auctoritate præcepit astantibus, ut extra Ecclesiam cadaver suum humarent : ubi ex pedibus prætereunium, et stillicidiis ex alto rorantibus esset obnoxium. Excessit anno ab Incarnatione Domini 863, post mortem Adulphi vi. Præteriere multa tempora, et margarita Dei latebat ingloria annis fere centum.

A Hoc annorum discursu, octo episcopi dies suos explevere : quorum hæc sunt nomina : Alfrithus, Duubertus, Denenulfus, Fretheostamus, Birnstanus, Elphegus, Elfsius, Brithelmus. Quorum aliquos celebriore vita diffamatos nostra sedulitè non omittet. Denenulfus, si famæ creditur, ad multam ætatem non solum litterarum expers, sed et subtileus fuit. Eum Elfredus rex hostium violentia regno cedens, et in silvam profugus, casu sues pascentem offendit. Et ne multis innectar, comperto ejus ingenio, quod ad bonum spectaret, litteris informandum tradidit. Nec descivit ab officio, donec perfectius institutum crearet episcopum, commentus rem dignam miraculo. Frithestamus fuit unus ex septem episcopis, quos Pleimundus archiepiscopus tempore regis Eduardi B alii Elfredi uno die consecravit Cantuariæ. Multa ejus bona ostendit adhuc librorum copia, vita sanctitatem, non ita ut aliorum, in obscura latens sepultura. Birnstanus quatuor tantum annis rexit episcopatum. Illum purissima sanctitatis fuisse accepimus, quotidie non intermissa sedulitate missam pro defunctorum requie cantasse : noctibus depulsa formidine solum circuire solitum, pro animarum salute psalmos frequentasse. Hoc cum quadam vice sacerdet, et expletis omnibus subjungeret, requiescant in pace, voces quasi exercitus infiniti a sepulcris audivit respondentium ; Amen. Istud mirabilius quo infrequens est mortuos cum vivo sevisse sermonem, ne eum officii pigeret, quod tot animabus gratum audiret. Idem Dominici exempli ardentissimus executor, pedes egenis omni die scrotis arbitris lavabat, mensam et cibos apponens, nec minus pro disciplina famulantium reliquias abstergens. Observatio consummato, pauperibusque dimisis, ad multas ibi remanebat horas, orationibus, (ut creditur) vacans. Quadam ergo die pro consuetudine ingressus, nulla antea interpellatus molestia ægritudinis subito clam omnibus spiritu vitali caruit. Clientes, qui consuetudinem ejus nosserent, tunc quoque orationibus occupatum crederent, tota die jacere passi. At vero sequenti diluculo irrumptentes, inveniunt cadaver sine mente. Conclamatus est ergo, et sepulturæ datum. Sed cives, quod intereceptum morte videbant, omnem ejus memoriam obliteravere silentio, nescientes quod scriptum est ; « Non potest male mori qui bene vixerit. Et justus quacunque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. » Correxit id divina rectitudo longo post tempore, succedente Ethelwoldo, cui noctium principio ante sanctorum reliquias lucubrare solito, apparuere tres assistere personæ, non in extasi, sed plane insomni. Quarum quæ media, has exprimere voces est audita : « Ego sum Birnstanus, quondam hujus urbis episcopus : hic (dextram ostendens) est Birinus prædictor primus : iste (et ostendit sinistram) est Swithunus, specialis hujus Ecclesiæ et civitatis patronus. Non verisque quod sicut me cum eis hic vides in praesentia, ita cum eis in cœlo non dispari fruor gloria. Cur igitur fraudor honorificentia mortalium, qui

magnificor consortio cœlestium spirituum? Finie-
rat, et in aerem eum sociis clausis pretiosa omni
memoria provincialibus apposita, natus non venera-
ficiis deinceps emeruit. Ephelgus ad cœleratum
virtutum evanescunt, quibus tam laudabiliter quam
abunde pollebat, elati prophetia clarae fuit. Ita
modi dies duo erant exuta exempli. Dies cœlorum
[af. dies erat cœlorum], et pontifex pro more prehi-
tentes Ecclesia huiusmodi excludebat: cœstros ad-
hortatos est, ut jejunio et castitati vacantes, etiam
uxoris deficitias abstineant: illis diebus fructum
dignum penitentiae esse, si qui mœsta illicita com-
miseric, etiam licetis abortivas. Doctrinam rever-
enter audientibus cœstis, unus jocundari voce emissa
alii risum excusavit. Non posse se temperare con-
vicio simul et conjugio, et pariter abstineat cibis
et Venere. Quinimum uxorem, quam cœbbit aliquandiu
submovisset, in proximo ad usum noctis revocata-
rum, pétulant et vulgari verbo fatigatam suam
exaggerans: Tuin vox episcopi submurmurantis ab
stantibus audita et intellecta est. Contristans me,
miser, ne sciens quid ventura pariet dies. Duram
prophetiam vicina mors nebuleris exceptit. Postero
enim manu in cubiculo repertus est exanimis, in-
certum a diabolo guttur elitus. Alio tempore ordi-
navit pariter ad presbyteratus graduin tres mona-
chos: Dunstanum, Ethelwoldum, et quandam Ethel-
stamum, qui postmodum monachicæ vestis apostata,
calibatu contemptu in more tricis amplexibus vitam
cessit. Completis solemniis, sanctæ recordationis
præsum adhærentes alloquitor. Hodie coram Deo tri-
bus viris manus imposui; quorum duo pontificalis
ordinis gratiam nanciscentur: unus in civitate Wi-
gornia, deinde in Canacia; alter meam sedem implebit
quandoque successione legitima; tertius voluptatum
volutabro se ingurgitans miserabilem sortietur exi-
tum. Ethelstamus, qui pro familiaritate cognationis
præsens esset, proterva consultatione sacerdotem
invasit. Num ego ero unus ex duobus, qui episco-
pali dignitate sublimandi sunt? Non, inquit, erit
tibi pars neque sors in eo, quem præfatus sum ordi-
ne, neque permanens es in ea, qua hominum
oculis lenocinari, veste. Quanta sanctissima mentis
dignitas, ut evidenter et sine fuco colorum efficeret
secreta? Neque eni in terram reciderunt verba
ista, sed omnia in rerum solidavit consequentia;
quod Dunstanus et Ethelwoldus angustam viam,
qua dicit ad vitam, terentes, insignes in prædictis
Episcopatibus emicuere: tertius latas sæculi semitas
cursitavit. Elsii præcipitem in emendo archiepisco-
patu rabiem et miserabilem mortem superior liber
absolvit.

Quare jam congruum video, ut de patre Ethelwol-
do aliquid vel breviter dicam, qui successit Bri-
thelmo successor Elsii in Wintonia. Ejus uteisque
parens nec egenus fortuna, nec abjectus stirpis linea
civis Wintonia fuit. Ipse in pueritia litteras, in
adolescentia curiam frequentans, Ethelstano per-
charus fuit. Cujus consilio a prædicto Elphego ton-

A suratus in clericum, non multo post a Dunstano
Glastoniensi ablate est circulatus in monachum:
ordinatusque in monasterio decavam. Moi doctrina,
itos religione, omnes amore demerebatur. Quo
tempore abbas vidit de eo somnum sane memoran-
dum. Arborum infra ejusdem cenobii septa succe-
scere, que por quatuor mundi plages rauis diffusa
totam inumbraret Angliam: operans per omnes
frondes eucallis, maximamque eucallam in sommo
positam, cœstas minores manierunt quasi fovente
protegere. Stupefactum illos tante visionis mira-
culo, ab astante venerabilis canitie senecte quiesce-
oraculum. Arbor illa, inquit, est bare insula: ca-
nella major est monachi tui Ethelwoldi vita: cœ-
stre hominum innumerorum, quos ipse verbo ei
exemplio trahet ad Domum.

Consonat huic præsagio matris ejusdem visio,
qua ipsi jam utero grandescenti, jamque pauper-
riuum meditanti ostensa est. Auream aquilam ex ore
sono avolasse, qua pennarum plausu diu civilitem
perlustrans, novissime altitudine nubium evecta
caelum subisset. Harum visionum veracem exiun-
jam prælambens fortuna serebat in populum, cum
ille arctioris vita desiderio Gallicanum exsilium
siliens ab Edredo rege retentus est: agente id ei
filium stimulante matre Edgifa, omni religionis
laude orbi Britannico nota. Batur ergo ei cenobi-
um per exile Abendonia dictum, ubi vires sue
prudentiam experiretur. Nec ipse speci dolorum stre-
nitate absuit, sed in lundibria (ut bodie cernitar)
colostidinem erexit. Paucis vero elabentibus an-
nis jam Dunstanus archiepiscopo facto, ipse ab Ed-
garo rege, ad episcopatum Wintonensem electus,
et ab eodem archiepiscopo consecratus est. Tam
vero magnis conatibus ad ecclesiaram utilitatem
consurgere, extirpare vitia, virtutum inserere plan-
taria. Nescires quid in eo magis laudes; sancti-
tatis studium, an doctrinarum exercitium, in pra-
dicatione instantiam, in ædificiis industrias. Clerici
episcopatus simul et alterius Ecclesie, que justa
erat, quam novum monasterium vocabant, data
optione, ut aut vitam mutarent, aut loco cederent,
molliori partem eligentes, exturbati sunt mona-
chis introductis. Plura eis ex episcopatu delegata
prædia viciniora situ, ampliora redditu. In eadem
D D urbe sanctimonialium fundatum et factum mona-
sterium. De cœstis, que in diversis regionibus
instituit, sicut verbum cum ad eorum episcopos ven-
tum fuerit. Et mirum quidem videtur, quod tanta
fecerit, nisi quod rex Edgarus omnino voluntati
ejus deditus erat: a quo supra infra Dunstanum
diligeretur, maximoque et laudabili operibus
ejus fuit emolumento beatissimus Swithunus eodem
tempore revelatus. Qui antiquæ vitæ humilitatem
tenens, non alicui inflationi personæ, sed humilia-
cionis pauperculo, qui manuum artificio vitam tolera-
ret, per visionem talia proferre visus est. Vade
Wintoniam ad vetus monasterium, requisitoque hoc
ædito, præcipe ut dicatur episcopo Ethelwoldi

quatenus Swithuni olim episcopi mausoleum apertens, efferat reliquias, inventurus ibi omni thesauro pretiosiores margaritas. Respxit tempora ejus clemens divinitas, ut per me coelestibus illustrerentur prodigiis; et ne cuncteris, hoc habe signum. Annulos ferentes violenter cum plumbo lapidi sepulcri affixos levi aditus cum votis extrahe, cum votis appones: cæteri si idem tentaverint frustra erit: iuit ille, et promissionis coram ædituco compoſitius, ad præsentiam pontificis admissus est, Ibi rem intrepide prosecutus, fidem dictorum habuit. Dic ergo dicta elevantur ossa de tumulo, componuntur in scrinio. Concurrit vis ingens vulgi, vota offerre, vota cumulare. Nullus se queritur fraudatum, omnia sunt, cuncta concedantur. Denique tanta miraculorum copia in omni genere valetudinem exhibita est, quantum nulla memoria hominum alibi factam attingere potest, habet ergo cognomentum P^{MI} sanctus ille, omni se invocanti, nisi fides defuerit, ad auxiliandum celer. Cujus bonitas jamdudum ineboata, nec nostra ætate exsolescit. Vidi ego, quod mirum est, hominem cui violentia raptorum effluisse latum, oculis vel illis vel aliis (nam illi longiescule projecti fuerant) receptis serenam lucem per Swithuni merita recepisse; eratque præterite calamitatis indicium, quod aculei puncionum psilopbras deformabant. Vult interea sanctus, ut in omnibus glorificeatur Deus, nec patitur, ut aliquis per eum sanatus, carnis voluntetur lubricus, qui nolis præterito implicari morbo. Quin etiam cum olim monachi miraculorum frequentia defessi essent, et mediis noctibus eventu alicujus prodigi, sesses hæsse quæppe somni citarent [al. tricarent], non latuit corpori eorum sancti oculum de longe intencit. Continuoque Ethelwoldo apud curiam regis soporato astitit, orationem minitans sanitatum, si monachi ulterius a latre Dei putassent cessandum. Cur enim in Dei dormitarent laude, cum ipse pro eorum vigilaret salute? Sed nec ipse Ethelwoldus a miraculis ostiahatur: videbaturque æmula vivi et mortui sanctorum pietas, dum hinc inde crebescerentibus sanctorum prodigiis hujus corroboraretur fides, hujus valetudini rovocaretur sanitas: mortiferum virus fraudulentia ministrorum haustum, cum jam per artus irrepens depasperetur vitalia, p^{ro}fide discussit: vas oleagini liquoris receptaculum reparavit perditum, accumulavit inventum; furacis monachi brachia invisibilibus laqueis verbo irrestitivit, solaque benedictione ejusdem consitentis lora evolvit: alterum in præcipiti stantem casus dejicit, sed oratio Ethelwoldi ruenti manum supposuit, officio restituit. Inedia ciborum pro sterilitate soli provinciam invaserat, jussit ille sacra vasa constringi et distribui, protestatus melius esse ut metalla miserorum inopie, quam sacerdotum famularentur jactantia. Nova ergo Ecclesia, ut diu desideraverat, ædificata sublatuſ est mundo magna monachorum ærumpa, sua nulla. Quippe ille sublimis exsultat in gloria: cœnobia, quæ fecerat

A post ejus obitum multa diruta, cuncta minora.

Ethelwoldo successit Elphegus, nono bonus: de quo superioris aliquid dixi, et nunc latius garrire libet. Puer librorum amplexus scholas, adolescens alteravit habitum apud Dihurst [al. Duhest] tunc exiguum econobium, nunc insne antiquitatis simulacrum. Hic cum vita monachilis regulam accipisset, altius quid anhelans Bathoniam contendit, ubi se cellula secretioris parietibus includens cœlestia mente libabat. Plures per eum boni ad locum monachi congregati, etiam ut sit in magno corpore corruptelam morbi contraxere. Quidam enim ex eis nesciente patre convivia in noctem ducere, perindeque potionibus ad lucem insistere. Non talit id diutius Deus; sed signiferum factionis in æde conventiculorum conscientia, morte perculit nocte intempera. Interim sanctus orationibus interpolatis concepit auribus sonum ab eadem domo prolatum quasi vim inferentium et sustinentium. Miratus rei novitatem, pedelentim suspenso halitu accessit ad ostium. Tum vero per rimas fenestrarum vidit duos ingentes dæmones, cadaver exanime crebris malleorum ictibus torquentes, illo miserabilibus ejulatibus suffragium quarrente. Respondebant hostes, nec tu obedisti Deo, nec nos tibi. Quod cum mane cæteris retrulisset, non mirum fuit si commissariorum complices facti sunt abstinentes. Defuncto ergo Wentano episcopo Dunstanus archiepiscopus Andrew apostoli Elphegum nominatum eligenitus animatus oraculo, eundem substituit throno. Ipse prudens in sæculo, simplex in Deo, extima providere, iutima non negligere. Antecessoris sui ossa extulit anno XII post depositionem ejus, signis quibusdam, et eis non levibus ad audendum persusus. Atque ut tanti patris sedem digne ornaret, vestigia sanctitatis ejus terens, quando sedebat ad mensam, nec ventris ingurgitabat lacunam, nec abstinentis incurrebat pompam. Carnibus nunquam nisi æger indulsit: pocula summo tenus ore semper libavit. Prodebat abstinentiam commissariorum tenuitas corporis, quod vix ossibus hærebatur. Noctibus faltens custodes procedebat solus ad annem, ubi demersus ad ilia, et in Dei laudibus excubans, albescente jam diluculo, nescientibus suis succedebat cubiculo. Exactis in episcopatu annis duobus et viginti, translatus est Cantiam, invitus, ut aiunt, quod consueto privatus honore, majore premeretur onere. Wentanum enim episcopatum Kenulphus Burghensis abbas nummis nondinatus fuerat; sed non diu sacrilego ausu letatus, ante duos annos hominem exxit. At Elphegus, ut pallium ab apostolico recipere, Romanam contendens, Alpes transcendit. Ibi in vico quodam hospitalium rustica multitudine adorsa, omnibus suis exxit. Statimque ignis, incertum unde natus, domos corripuit, qui spiraculo venti adjutus toti vico exitum miserabatur. Tum brutæ mentis homines ægre licet animadverentes delictum, rabidis passibus jam egressum jam-

que profectum consequuntur : adorant, veniam rogant, ablata restituant. Elphegus fleti facilis, signum crucis igni e regione opposuit : continuoq[ue] in se retorta elanguit, incendium omne ad cineres refrixit. Romæ cum esset, excessum successoris sui, nemine, ut alias dictum est, afferente vidit et enuntiavit. Inde ad sedem regressus annis septem patriarchatum feliciter egit : quibus elapsis, a Danis in vincula conjectus vii mensibus ergastuli inhabitator fuit. Causas vinculorum alias quære. Interea tubes latifera grassata in Danos catervatim hostes Elphegi fundebat, adeo ut celeritas mortis præveniret sensum doloris. Putor itaque cada verum insepulchorum aereum inficit, corruptiorque cœli tractus, cœteris, qui sani videbantur, pestem creavit. Ruebant ergo sine modo, sine numero, cum ille exoratus pane a se benedicto communicatis pestem depulit, salutem restituit. Nec minus illi beneficiorum ingrati curatorem suum lapidibus contricidarunt. Nonnulli vero, quibus sanius consilium, de sepeliendis exuvias pontificis contendentes, aliquandiu percussores adversarios habuerunt. Sed lite in judicium deducta, convenit, ut lignum aridum, quod sors obtulerat, si sanguine ejus lumen crastino reviresceret, arbitratu suo Christiani cadaver humarent. Factumque est : et lignum cui tunc etiam et cortex deerat, mane inventum revirusse, pubescens floribus, turgescens fructu. Quocirca corpus apud Sanctum Paulum Londoniæ tunc pacifice bumari permissum : indeque decimo anno jubente et astante rege Cnutone sublatum, sine Culla sui labo patriarchatus sedem glorificat. Durat adhuc et nuperrime visa fuit et sanguinis novitas, et corporis integritas. Nec sane aliquis evasit ex occisoribus, quin penas fuerit ; quas veraciter enumerare possem, nisi me calamitates miserorum narrare pigeret. Satis inculcatur miseria persecutoris, quando eminet gloria martyris.

Post Elphegum in Wintonia sedet Ethelwoldus, Ethelwoldo Elysius [al. Egelsius], Elsio Elwinus, Elwino Stigandus successit.

Stigando, ut sœpe dictum est, deposito successit Walkelmus a Willielmo rege datus, cuius bona opera famam vincentia senium a se vetustatis repellent,

A quandiu inibi sedes episcopalnis durabit. Maurilius enim archiepiscopus Rothomagensis viam mortis meditans in fidei pignus commendaverat, quod es set in eo spes indolis laudandæ, si haberet materia, qua virtus posset enescere. Sponsioem pontificis Walkelmus produxit ad verum, faciens quanta non possent sperari in religione, et numero monachorum, in ædificiis domorum. Et primo quidem advena novus monachos exosus fuerat; sed facile correctus umbraticum illud odium saepe deploravit; deinceps sovens eos ut filios, diligens ut fratres, honorans ut dominos; nihil minus pro dissimilitudine vestis exhibens eis vel adjutorii vel familiaritatis. Nullum conviciis incessere, pronuntiatus quod episcopalnis gravitas suam indigna macula respergat gloriam, si in pauperiorum decentiam contuveliam. Unum est permaximum, in quo pecavit, quod ad trecentas libras terras monachis auferens, suis et successorum usibus implicuit. Constituit ipse priorem loci Godefridum quemdam ex Cameraco genitum, qui religione et litteratura insignis fuit. Litteraturam protestantur epistole, familiari illo et dulci stylo editæ, maximeque epigrammata, quæ satyrico modo absolvit, præterea versus de Anglia primatum laudibus; quid quod omne divinum officium quod vetustate quadam obsoletum, nativa excultum venustate fecit splendescere? Religionis et hospitalitatis normam pulchre iuxcoatum delineavit in monachos, qui hodie in utrisque Godefridi ita formam sectantur, ut aut nihil aut parum eis desit ad laudis cumulum. Denique est in ea domo hospitium terra marique tenentium, quantum libuerit, diversorum sumptu insufficiente, charitate indefatigata. Inter haec inerat sancto viro morum humilitas, ut nihil ex illo unicæ philosophiae promptuario redoleret nisi humile, procederet nisi dulce. Quantula vero potest riederi haec ejus laudatio? Quotus vero quisque est qui vel minimum imbutus litteris, non alios infra dignitatem suam opinetur, tumido gestu, et pompatico incessu præ se ferens conscientiam litterarum? Verumtamen ne quid perfectionis sanctæ deesset anima, multis ille annis grabbatum fuit, camino diuturnis tabis peccata excoctus.

DE MONASTERII.

Est etiam in eadem civitate monasterium, quod D quondam rex Elfredus mente conceperat, et Edwardus filius ædificaverat, et in eo canonicos posuerat, Grimaldo, quondam Flandrensi studente [al. quodam monacho Flandrensi et sacerdote, etc.], qui ibidem magna gloria humatus, sanctus prædictatur et creditur. Sed beatæ memoriarum Ethelwoldus canonici expulsis monachos posuit, præficiens eis abbatem Edgarum nomine, de quo superius dixi. Ad hujus monasterii officinas instituendas sufficiens terre spatium ab episcopo Denewlfῳ et canonicis

illus temporis mercatus supradictus rex, ad unumquemque pedem mancam auri publico pondere pensitavit. Et erant ambae ecclesiæ sic vicinæ prærietibus contiguis, ut voces canentium aliae obstrepent aliis. Unde tum propter hoc, tum propter cetera infelix livor plurimas effodihebat causas, quibus non modicas invicem exculperent offensas. Quapropter nuper illud cœnobium extra urbem translatum sanius incolitur, liberius insignit. Præterea construxit supradictus rex in eadem urbe sanctimonialium cœnobium, sed posterioribus

annis per beatum Ethelvoldum ampliatus est locus illie : quibus præposuit Ethelritham virginem anum, quæ ad conjecturam sōnnii quod mater ejus de aquila viderat aurea, multa de ipso prophetavit. Fuerat ibi ante hanc monasteriolum, in quo Edburga regis Edwardi senioris filia conversata et defuncta fuerat, sed tunc pene destructum. Edburga vix dum trima esset, spectabile futuræ sanctitatis dedit periculum. Explorare volevbat pater, utrum ad Deum an ad sacerdolum declinatura esset pusiola. Posueratque in triclinio diversarum professionum ornamenta : hinc calicem et evangelia, inde armillas et monilia. Illuc virguncula a nutrice allata genibus parentis assedit : jussaque utrum vellet eligere, torvo aspectu sacerdularia desprens, prompteque manibus repens evangelia et calicem puellari adornavit innocentia. Exclamat cœtus assidentium, auspicio futuræ sanctitatis exosculatus in puerilla. Pater ipse arctioribus basiis dignatus sobolem : « Vade, inquit, quo te vocat divinitas, sequere fausto pede, quem elegisti sponsum. » Ita sanctimonialium habitum induita, cunctas sodales ad amorem sui seduli-

A tate obsequii invitavit. Nec resupinabat eam prosapia celstido; quod generosum putaret in Chri-
sti inclinari servitio. Crescebat cum ætate sanctitas, adolescebat cum adulta humilitas in tantum, ut singularium soccos furtim noctu subripere, et diligenter lotos et inunctos leuis rursus apponere. Devotionem ergo pectoris ejus et integratatem corporis, miracula in vita et post mortem commendant plurima, quæ custodes temporum viva voce melius pronuntiant. In ejusdem episcopatus diœcesi sunt tria monasteria : Certesiæ, Rumesiæ, Warewelkæ. Sed de Certesiensi dictum est. De Warewelkæ scitur, quod Elfrida uxor regis Edgarî ædificaverit illum in honore sanctæ crucis, compuncta privigni sui Edwardi nece indigna : cuius ipsa conscientia et auctor B. fuit. Apud Rumesiam, quod cœnobium præcellentissimus rex Edgarus instituit, novi jacore duarum virginum corpora Merewinnæ, et Elfredæ, quarum gesta, quod nescio, non tam prætero, quam ad majorē scribendi diligentiam reservo, si forte cognovero.

DE EPISCOPIS SCHIREBURNENSIBUS, SALESBURIENSIBUS, WILTUNENSIBUS.

In divisione Westsaxonici episcopatus, hoc obseruatū palam est, ut qui Wintoniæ sederet, haberet duos pagos, Hamptonensem, et Sudreiensem: alter, qui Schireburniæ, haberet Wiltunensem, Dorsetensem, Beruchensem, Somerersetem, Donnoniensem, Cornubiensem. Schireburnia est viculus, nec habitantium frequentia, nec positionis gratia suavis, in quo mirandum, et pene pudendum sedem episcopalem per tot durasse sacerdula. Nunc de præsulatu in abbatiam mutatus, commercio nostra ætate non insuelo, qua ommnia factione atque libidine depravata, virtus ludibrio et probro habetur.

Primus ibi sedit Pater Aldelmus, quem hic tantum loco ordinis nomino. Namque, quod ejus vitam nusquam plene digestam reperi, spectantque ad eam quam plurima, quæ si in posteros [al. quæ si posteras, etc.] celavero, delinquo, cogitavi an-
nente Deo, in extremo hujus opusculi libro cum ejusdem modi materia liberiori congregi otio.

Post eum igitur sederunt in Schireburnia Forde, Herewald, Ethelmod, Denefrith, Wibertus, Alstanus.

Alstanus. Illic tempore Egbrithi regis Westsaxonum et Adulfi filii ejus simul, et ultra, magnæ in sacerdoto potentiæ, et ingens in consiliis auctor fuit : Egbritho regi Cantuaritas et orientales Anglos bellis subegit laboribus. Adulsum videns manusuetoris ingenii, sedulis admonitionibus ad scientiam regni stimulabat, contra Danos, qui tum primum insulam infestabant, segnum animans, ipse pecunias ex fisco sufficiens, ipse exercitum componentis, multa per eum in talibus, et inchoata constanter, et perfecta feliciter, qui annales legerit, inveniet, vixit in

C episcopatu annis L felix, qui tanto tempore in præcinctu bonoru[m] operum fuerit ! Quem libenter laudarem, nisi quod humana cupiditate raptatus usurpavit indebita, quando monasterium nostrum suis substravit negotiis. Sentiimus ad hunc diem impudentie illius calumniam, licet locus ille statim eo mortuo omnem episcoporum cluctatus fuerit violentiam, usque ad nostrum tempus, quando in idem discriben recidit. Ita protervum est mala inchoare, quod si auctor decidit, exemplum non transit. Delectat pertinacem animum, quid mali alius gesserit, recognoscere, et quid gerere possit audire. » Minori dedecore monachi illius temporis suspiraverunt libertatem ademptam, quam nos amisimus, statim per eos presertim restitutam. Et erat ille, ut ex scriptis audivimus, sicut cupiditate præservidus ita liberalitate præcipiuss. Nostri prædones, et populantur, et premunt, ut nec libera vox dolori concedatur. Potentiam ejus per hoc quolibet cognoscere poterit, quod regem ipsum Roma revertentem regno arcuerit, statutoque ad umbram regnandi filio, nisi arbitratu suo pace composita senem in sua regredi non siverit. Reliquæ ecclesiam suam prædivitem prædiis undecunque acquisitis, quanta si audias, hominis vel cupiditatem, vel felicitatem mireris.

Illi subsecuti sunt Eadmundus, Ethelagus, Alsius, Asserus, Sigelmius, quorum ultimi ambo sub rege Alfredo Adulfi quarto filio suis noscuntur. Asserus ex sancto Dewi evocatus, non usquequam contempnendæ scientiæ fuit, qui librum Boetii De consolatione philosophiæ planioribus verbis elucidavit, illis diebus labore necessario; nostris ridiculo. Sed enim jussu regis factum est, ut levius

ab eodem in Anglicum transferretur sermonem. A Sigelmo trans mare causa eleemosynarum regis, et etiam ad sanctum Thomam in Indianum missus, mira prosperitate, quod quivis in hoc saeculo miretur, Indianum penetravit, indeque rediens exoticis generis gemmas, quarum illa humus serax est, reportavit. Nonnullae illarum adhuc in ecclesiae monumentis visuntur.

Sigelmo successit Ethelwardus, quo mortuo cessavit episcopatus Westsaxonum annis septem, vi scilicet hostilitatis cogente. Postmodum vero Pleynundus, archiepiscopus, et rex Edwardus filius Alfredi minis et edictis Formosi papae coacti quinque episcopos pro duobus fecere, ut saepius diximus et nunc importune pro contexenda rerum serie repetimus. Athelmont ad Wellensem ecclesiam, Edulfus ad Cridensem, Werstanum ad Schireburnensem, Athelstanum ad Cornubiensem, Fidestanum ad Wintonensem. Habet ergo Ethelmus Somersetam, Edulfus Domnoniam, Athelstanus Cornubiam, cuius successorum nomina nusquam reperio. Werstano relicti sunt pagi tres: Dorsatensis, Berkensis, Wiltensis. Verumtamen non multo post eodem vivente rege in Wiltensi pago proprius factus episcopus Ethelstanus nomine, sedem in Ramesberia habuit. Werstanum ferunt in pratio contra Analafum a rege Ethelstano suscepsum, a paganis trucidatum. Cum enim, ut alias dictum est, rex consulto cessisset, episcopus ad bellum cum suis veniens, incautusque insidiarum pro viridianis campi sequore unde rex abscesserat, tabernaculum tetendit: Analafus, qui pridie locum exploraverat, noctu paratus adveniens, quod reperit, incunctanter delevit.

Post eum hi fuerunt episcopi, Ethelbaldus, Alfredus, Wilfrinus. Hunc Dustanus, archiepiscopus cum esset episcopus Londonie, abbatem apud Westmonasterium fecerat; instructo ad xii monachos cœnobio, in loco ubi quondam Mellitus ecclesiam sancto Petro fecerat. Ita commissum officium sante et prudeenter administranti honos episcopalibus apud Schireburniam impactus: qui confessim in sede episcopali monachos clericis ejectis instituit, ne in tanta contemporanearum episcoporum sedulitate dormitare videretur. Cœnobitis nihil ad vietum necessitatem ex episcopatu largitus, sed ex alieno mercatus, abhacem quoque instituere cogitavit. Illis reclamantibus, quod ejus dulci dominatione, dum adiverterent carere nequirent, cessit invitus, palamque pronuntians magnarum id calamitatum initium successoribus eorum fore. Cujus sanctitatis documentum, cum in vita sepe, tum in morte præcipue manifestatum est. Namque cum jam proxime mortis januas urgeret, aperitis mentis oculis exclamavit in cantum: «Ecce video cœlos apertos, et Jesum stantem a dextris Dei [Act. vii].» Quo cantu sine titubantia expresso inter cantandum defungitur; sancta et venerabilis anima, quæ dictum primi et beatissimi martyris mutuari potuit; beata, quæ cœlum apertum vidit,

et introire meruit. Servatur ibi adhuc baculus ejus, et quedam alia pontificis insignia, mediocritatis, et humilitatis ejus, vivum, ut ita dicam, simulacrum præferentia.

Successerunt ei Alswoldus, Ethelricus, Ethelsius, Brithwinus, Elmerus, Brinwinus, Alswoldus frater ejus, ex monacho Wintoniensi epi-copus, qui apud Schireburniam imaginem sanctissimi Swithini collocavit, faciem venerationis extulit. Constat eum reverendissimæ vitæ fuisse, et inter profusissimum conviviorum apparatus, qui tunc in Anglia a Banorum tempore exhibebantur, catino ligneo, sine ullo unctiori cibo, et pocillo exiguo aqua superfusa, ut omnis sapor cervisiae dilueretur, semper eum.

Audivi ego bona fide presbyterum, et jam canis sparsum, bona ejus lacrymabili gaudio referentem. Quorum illud non excidit, nullum unquam vel ante, vel post obitum ejus impune potuisse sedem ejus dormitando premere, quin statim letris imaginibus territus resiliret, increpatibus, cur sedem episcopi usurparet indignus. Id multis nonnullo fuisse spectaculo. Surrexerat inter eum et Godwinum comitem simultas anxia, qua de causa incertum mihi. Die placito dicta cum res non ad pacem, sed ad litigium procederet, discessit episcopus post altercationem, has minas in comitem jaculatus: Per dominam meam sanctam Mariam male sibi erit, quod contristasti me. Domini ergo regressus tibi pedem terræ apposuerat, equitaturam pedestri commutans, cum ecce satelles comitis advenit, equo admisso et pulsu ilium cursus celeritatem prodente. Rogare ille miserabiliter genibus affusus ut redeat. Dominum suum statim post ejus abscessum astuare corde, vix lingua palpitate. Tum inquit episcopus: «Nondum sedata ira, per dominam meam sanctam Mariam, vœ sibi erit.» Sed unanim orantium prece index, dilecti gratiam fecit, benedictionem dedit, ægrum reparavit. Referebatque presbyter, quod fuisset episcopus prona olsequela S. Cuthberto devotus, ad omnem ejus memoriam lætanter illacrymans. Peneque semper antiphonam illam: de sancto tenebat corde: Ruminabat ore, exercebat opere. Sanctus antistes Cuthbertus, vir perfectus in omnibus, in turbis erat, monachus digne cunctis reverendus. Cumque quotidiana auctor in ejus pectore dulce incrementum acci, erit, nec in eo bona flamina se caperet, ad sanctum Cuthbertum Dunelmum profectus est. Ibique quod magnæ videtur audacie revulso sepulcri operculo, cum eo quasi cum amico fideliter colloctus, xenium in perpetui amoris pignus depositus, et abiit. Jam vero fatali puncto instante, antiphonam quadiu vox sufficit cantitans, sermone præcluso, ut dicerent cœteri, manu innuit. Ita indicium amoris, quem in sanctum habebat, cum extremo effuso emisit. Post cujus obitum iterum episcopatus Wintoniensis cum Salesberiensi junctus est. Quod quomodo actum sit dicam, si prius nomina episcoporum posuero.

D

Primus ibi Wiltunensis episcopus fuit Ethelstanus, secundus Odo, postea archiepiscopus, tertius Osulfus, quartus Algarus, Quintus Elstanus. Ille primo monachus Sancti Ethelwoldi apud Abendoniam fuit, cuius obedientia miraculum regulator ejusdem vitæ sic insinuat. Erat in congregatione quidam frater Elstanus nomine, simplex et magnæ obedientiae vir, quem abbas jussit prævidere cibaria artificum monasterii; cuius servitio devotissime se subdens, coxit ipse carnes quotidie, et operariis sedulus attendebat, aquam apportans, et vasa denuo emundans: existimante abbate illum, hoc cum solatio et juvamine alterius ministri facere. Accidit namque quadam die, cum abbas more solito peragraret monasterium, offensit inopinata fratrem illum juxta serventem lebetem stantem, vidiisque omnia vasa munda et pavimentum scopatum. Delectatus ergo facto, dixit ad eum: Frater Elstane, hanc obedientiam mihi suratus es; sed si talis miles es, qualem te ostendis, mitte manum tuam in bullientem aquam et frustum de imis mihi impiger attrahere. Paruit ille, cessisque fervor indomitus audaci fidei, nihilque est Iesus monachus; Eumdem fratrem postea abbatem vidi quis, qui etiam deinde pontificali honore sublimatus sancto sine quievit in Domino.

Sextus Siricius. Septimus Alfricus, qui ambo (ut superiorius memoratum est) archiepiscopi suere Cantuarienses. Octavus Brithwoldus, ex monacho Glastoniensi, qui multis annis a tempore regis Ethelredi usque ad Edwardum ultimum, administravit episcopatum. Is tempore regis Cnutonis quadam vice coelestibus apud Glastoniam, ut sepe faciebat, intentus excubiis, divinam visionem expertus est. Cum enim subisset eum cogitatio, quæ frequenter eum angebat, de Anglorum regia stirpe pene delata, hoc meditanti sopor irrepit et ecce in superna raptus, vidi apostolorum principem Petrum manu tenente Edwardum filium regis Ethelredi, qui tunc in Normannia exsulabat et in regem consecrare cælibe designata vita et certo xxiv annorum numero computato, quo regni metam terminaret: eidemque de posteritate conquerenti respondisse: Regnum Auglorum est Del, post te providebit regem ad placitum sui. Decurso vitæ spatio sepultus est Brithwoldus Glastoniæ, cuius possessiones multis prædiis et redditibus ampliaverat, nostro quoque monasterio per liberális. Regnabat jam tunc Edwardus, qui Hermanno capellano suo, natione Flandrensi, continuo pontificatum donandum putavit. Ejus animi magnitudini, vel potius cupiditati cum non sufficeret rerum angustia, quoniam apud Ramesberiam nec clericorum conventus, nec quo sustentaretur erat, a rege petuit, ut qui se dignatus bonore fuisset, non in honorum victitare permetteret. Antecessores suos indigenas fuisse, se alienigenam nullo parentum compendio vitam quo sustinet habere. Proinde Meldunense cœnobium sibi ad faciendam sedem concederet, abbatem opportuno sibi

A casu proxime obiisse. Id rex pro simplicitate, cui pronior, quam prudentia semper erat, legitime concedendum ratus, tertio abhinc die dissolvit. Nam antequam Hermannus in re, vel saïsitione invisa retur, excellentis prudentia monachi, auditio quid in curia actum, quid justitiae subreptum esset, ad comitem Godwinum ejusque filium summa celeritate contendunt. Illi rei indigna novitate permoti regem adeunt, et a sententia deducunt, facile id fuit viris summis amplissima auctoritate præditis, quibus et cause rectitudo et regis facilitas suffragetur. Ita Hermannus, ne cum plane initiatus expulsus est. Quo pudore confusus Angliam indignabundus reliquit. Nec multo post ægritudine admonente simul, et quod sæcularia parum prospere raverant, fortunæ iratus mundo renuntiavit, monachus apud Sanctum Bertinum factus. Sed ut fere fit talibus repente illo impetu religionis frigescente, indies in Angliam redditum meditabatur. Figebat hominem assuetum obsequiis, innutritum deliciis, carere delinimentiis, quæ ab ineunte fuerat expertus aetate, afflaveratque secundus rumor aures ejus, Alwoldum episcopum Schireburnensem obiisse, cuius episcopatum suo uniendum antiquis Edgithæ reginæ promissis opperiebatur. Quo concitator veniens congruum spei suæ effectum inventit. Et jam Godwinus, quem vehementer timebat, discesserat, filiusque ejus voluntati regis et in hoc et in aliis accesserat, adoptioni scilicet inhibens.

C Accepitergo Hermannus Schireburnensem episcopatum integrum, cum tribus pagis Edwardo regente, vivacitateque sua datoris annos transcedens ad Willielmi tempora duravit. Sub quo cum ex canonum decreto edictum esset, ut sedes episcoporum, ex villis ad urbes migrarent, tribunal suum transtulit a Schireburnia Salesberiam, quod est vice civitatis castellum locatum in edito, muro vallatum non exiguo, cæteris communitibus utcumque valens, aquæ penuria laborans, adeo ut miserabilis commercio ibi aqua væneat. Illic inchoata novi operis ecclesia, morte senili tempus dedicationis prævenit.

D Verumtamen succedente sibi Osmundo viro probatissimo ecclesia ad suminam deducta et cætera, quæ competebant, adiuncta. Clerici undecumque litteris insignes venientes non solum libenter retenti, sed et liberaliter coacti ut remanerent. Denique emicabat ibi magis quam alias canonieorum claritas cantibus et litteratura juxta nobiliam: librorum copia conquisita, cum episcopus ipse nec scribere, nec scriptos ligare fastidiret, castitate præminens; de cuius virtute mentiri erubesceret famæ volubilitas, unde flebat, ut poenitentibus asperior æquo visideretur, dum quod in se non inveniret, in aliis durius vindicaret: ambitionis immunis sua stulte non perdere, aliena non quærere, abbacias intra diœcesin suam sitas nulla pensione gravi emungere. Verumtamen quæque mundiali labe contracta creditur patientia sua luisse, diurno morbo ante mortem tæbescens.

DE MONASTERIIS.

In Dorsatensi pago sunt abbatis : Cerneliensis, Mildeltunensis virorum, Sceptoniensis seminarum, praeter alias, quae vel omnino destructæ, vel multum imminutæ sunt. Cerneliensis exordium ita accepimus : Augustinus primus doctor Anglorum post Cantiam Christo subditam, reliquas Anglorum provincias pervagabatur, quantum Ethelberthi regis imperium protendebatur. Habebat enim, ut alias diximus, sibi subjectum, quidquid Angli Britannie incolunt, praeter solos Northanimbros. Pagum ergo supra nominatum Augustinus adorsus crebris a diaboli danno prædis Christianitatis augebat numerum. Sed loco illo virtus basit dæmonis confusa invidia, qui tantis animarum lucris doleret. Aggrederuntur ergo virum et socios, furiatis mentibus incole, et magnis de honestatum injuriis, ita ut etiam caudas racharum vestibus ejus affligerent, impellunt, propellunt, expellunt. Patienter ille et modeste gaudensque pro nomine Jesu contumeliam pati, et ne magis miserorum irritaret insaniam excusso pedum in eos pulvere, longe quasi millariis tribus recessit. Tum vero persecutionis remoto turbine in quietem regressus animi, vidit mentis oculo divinam adesse præsentiam, exhilaratoque vultu ait suis : Cerno Deum, qui et nobis retribuet gratiam, et furensibus illis emendationem infundet animam. Cum dicto advenerunt illi prope ratis gressibus, facti poscentes veniam, fidem pollicentes suam. Eventus, vel potius verbum loco indidit vocabulum, ut vocaretur Cerno ex duobus verbis Hebraico et Latino, quod *Hec* Deus dicatur Hebreice. Dixit Augustinus Dominum se cernere, nec veritas sermoni absuit, quod tam cito mente mutata plebs ante lymphata creditit. Nam et ibidecum ad baptismum decesset aqua, ad jussum pontificis ex occultis micalibus fons erupit, qui hodieque et Augustini merito, et usus sui commodo incolis clarus habetur. Ibi succedentibus annis, Edwoldus frater Edmundi regis et martyris vitam eremiticam solo pane cibario, et aqua trivit, pertæsus (ut fama est) mundi deliciarum, quod se et fratrem durior cepisset fortuna. Fit enim plerumque, ut adversitatibus sæculi admonitus generosus animus, ad D. minum se convertat attentius, qui nec falli, nec fallere novit. Et prima quidem virtus est bene per se velle, secunda cogi posse. Non minoris ut æstimo, deputatur meriti Paulus, qui ad bonum flagello coactus est aspero, quam Petrus, qui libens et statim accurrit vocanti Domino. Edwoldus post religiose actam vitam magna sanctitatis opinione ibi sepultus, dedit occasionem posteriori tempore Egelwaldo prædiviti homini, ut cœnobium eo loco sancto Petro construeret : non ita exiliter ut putatur, quinquo abundantanter, si illi quorum interest, non ea nebulonibus suis, sed Dei servis impertirent. Sed ita omnia nostro tempore in Anglia immutavit

A et pervertit ambitio, ut res quas antiqui viri liberliter contulerunt monasteriis, magis dispergant pro possessorum inglorie, quam fauulentur monachorum, hospitum, egenorum vita. Et certe dæres non fraudabuntur mercede sua, viderint isti quomodo eorum intentiones olim examinentur in divina libra. Mildeltunensem ecclesiam fecit rex Ethelstanus pro anima frati sui Edwini, quem pravo corruptus consilio Anglia ejecit. Cujus qui fuerit finis alias non silui. Ibi multas sanctorum reliquias ex Britannia transmarina emptas depositit, inter quos eminent præcipue beatissimi Samsonis ossa, Dolensis quondam archiepiscopi sanctissimæ et plane Deo digni viri : cuius virtutes aliquas hic referrem, nisi quia notæ sunt, et indigenarum sanctorum miraculis scribendis occupatas manus habebo.

Sceptonia est vicus modo, quondam urbs, locus in prærupto montium situs : vetustatis iudicium dat lapis in capitulo sanctimonialium insculptus, ita a vetustissimi muri ruinis illuc translatus. Anno Dominicæ incarnationis 880, Elfredus rex fecit hanc urbem, regni sui viii. Ibi Elgifa uxor Edmundi, qui fuit præcōps hujus Alfredi, monasterium sanctimonialium fecit, ibidemque carnis exuvias post fatum depositit : mulier bonis operibus semper intenta, pietate et dulcedine prædita, et ut reos, quos tristis sententia judicum palam damnaverat, ipsa occulite redimeret : pretiosus amictus, qui maleribus nonnullis est leno solvendi pudoris, illi erat supellex munificentæ, ut quilibet caran vestem conspecto statim largiretur pauperi : speciem corporis et artificium manuum in ea livor quoque lardaret, cum nihil reprehendere posset. De propria gratia, quam ei Deus assuderat, alias dictum est, et vivens quidem virtutum fecit opera; sed post mortem invicerunt miracula sicut rhythmice quodam cecini.

Nam nonnullis passa annis morborum molestiam, defecatam et excoctam Deo dedit animam, functas ergo vita fato beatas exuvias, infinitis elemens signis illustrabat Deitas. Inops visus et auditus, si adorant tumulum, sanitati restituti probant sanctæ meritum. Rectum gressum resert domum, qui accessit torpes, mente captus reddit sanus, boni sensus locuples. » Eo loci jacet vel potius jacet sanctus Edwardus hujus sanctæ ex filio Edgardo nepos, quem novarelii fraude innocenter casum colum exceptit, et prima quidem sepultara illi apud Warham s. it, quod non longe a loco, in quo occisus fuit, qui Corf vocatur, imminet mari. Jacuit ergo ibi triennio invidentibus inimicis mortuo cespitem ecclesiasticum; cui vivo invidenter decus regius. Sed adiuit divina potentia, qui insontem signorum levaret gloria. » Ibi ostensa de celo lumina, Li claudus gressum composuit, ibi mutus organum resumpsit, ibi prorsus omnis invaleatus sanitati locum fecit. Sparsus rumor per Al-

giam martyris prædicabat merita, quo excita interfectrix illuc iher adorabatur. Sed animal familiare, quo sedere consueverat, ante ventis perniciem, quod auras ipsas (ut dici solet) præcurreret, tunc nulu Dei stabat iminabile : flagris ministrorum instantibus cassus labor consumitur, mutatoque jumento, casus idem sequitur. Intellexit tarde licet brutum pectus, quo portentum illud respiceret; ideo quod per se non potuit, per alium fieri consensit ut sacrae reliquiae de ignobili tumulo levatae Sceptoniam cum magna deferrentur gloria. Posteriori vero tempore pars corporis Lesmonasterium, pars Abendoniam deportata est : ubique ipse viget, maximeque Scestoniae et virtutum gratia et sanctissimo virginum choro coruscat, locusque ille ab eo cognomentis sortitus, vulgo per metonymiam ad sanctum Edwardum dicitur. Miraculo sane ostentatur pulmo toto dudum consumptio corpore, adhuc integra viriditate palpitans. Sed quod pene omne miraculum reprehensioni patet, quidam illud sinistra interpretatione distorquent, merito pulmonem incorruptum, qui teste Suetonio si sit veneno tinctus, putredine, sed nec igne confici nequeat. Constat enim inter bendum sica foratum, voluntque virus siticuloso propinatum, ferroque vim veneni præventam. At ego diligentius re animadversa mendacium intelligo, quod tam cito venenum vitalia penetrare nequiverrit, præsertim cum Suetonius non hoc de pulmone sed de corde dixerit. Sit ergo cœlestis miraculum, quod nullius hominius tergiversationi possit esse obnoxium. In Wiltensi pago sunt ista cœnobia : Malmesberie virorum, Wiltonie et Ambresberie feminarum. De Malmesberiensi alias loqui sedit animo, de Ambresberensi nihil aliud ad nostram notitiam attigit, nisi quod ab Helfrida sancti Edwardi interfatrice, et illud et Warewellense facta sunt causa pœnitentiae. Jacet ibi sanctus Melorius, cuius prosapia cujusve sanctimonie incertum mihi. Wiltoniense cœnobium beata Editha filia regis Edgari sedem ossium suorum dulcibus exuviis ornat, amore sovet.

Wiltuna est vicus non exiguis supra Wile fluvium positus, tantæ celebritatis, ut totus pagus ab eo vocetur. Ibi ab infantia Editha Deo sacra incorrupta virginitate Domini, obsequiorum sedulitate hominum gratiam emebat, natalium tumorem ingenuitate mentis premens. Unum a majoribus accepi, quo non mediocriter judicium offendebat hominum, fallens videlicet oculos eorum apparatu auratarum vestium. Siquidem cultioribus indumentis ornata procederet, quam illius professionis sanctitudo exposceret, unde a sancto Ethelwoldo palam increpata respondisse fertur nec inepie, nec infacete : Verrax, inquit, et irrefragabile judicium Dei sola mortalium operitur conscientia; nam et in sordibus luctuosis, ut Augustinus dicit, potest esse jactantia. Quocirca puto, quod tam incorrupta mens potest esse sub istis auratis vestibus, quam sub tuis discessis pellibus. Viderat eam sanctus Dunstanus, in

A consecratione basilice beati Dionysii, quam illa ob amorem martyris ædificaverat, pollicem frequente, dextrum protendere, et signum crucis fronte e regione pingere, delectatusque admodum : Nunquam, ait, putrescat hic digitus, continuoque intra missarum agenda prorupit in lacrymas, lacrymas adeo profluas, ut singultiente voce diaconum prope astantem concuteret. Causam quæsusit : Cito, inquit, hæc florida rosa marcescat, cito avis Deo dilecta evolabit, post sex ab hoc die septuinas. Consecuta est evestigio rerum veritas pontificale vaticinium. Namque illa nobilis propositi tenax prædicta die, citra juventutem terminum effavit, cum esset anno XIII. Nec multo post idem beatus vidit somni visione sanctum Dionysium virginem amicabiliter manu tenentem, et ex oraculo divino jubentem, ut a famulis honoris caretur in terris, sicut a sponso et Domino venerabatur in cœlis. Ita crebrescentibus ad tombam miraculis edictum, ut efficeretur virginis corpus, inventumque totum in cineres solutum, præter digitum et alvum alvoque subiecta, unde sancto dubitanti virgo ipsa per visum assistit, dicens: Non mirum esse, si partes illæ corporis patuerint, quod usus habeat exanimata corpora in quosdam arcanos naturæ sinus desfluere, et ipsa utpote puella membris illis peccaverit. Ceterum ventrem nulla corrumpi juste putredine, qui nulla unquam aculeatus sit libidine ; immunem se fuisse crupulae, et carnalis copulae. Hujus fuit frater Ethelredus rex, ad exterrinum Angliæ pene propter inertiam suam natus. Cui successit Cnuto, natione Danus, vir efficax, sed qui pro gentilitiis inimicitias sanctos Anglos non diligeret. Qua consuetudine contumacior, cum quadam Pentecoste apud Wiltunam esset, in ipsam virginem solemnes cachinnos effudit : nunquam se crediturum filiam regis Eadgari sanctam esse, qui vitiis deditus, maximeque libidinis servus, in subjectos propior tyranno fuisse. Ille dum ille stomacho suo serviens crudelitate ruciaret barbarica, contradicet Ednodus archiepiscopus, qui aderat. Cnuto concitator aperiri sepulcrum jubet, visurus quid sancti mortua virgo afferret. Effracto ergo mansocho, defuncta oppenso ante faciem velo cingulo tenus assurgere, et in contumacem regem impetum facere visa. Hoc ille turbatus metu, longe reducto capite debilitateque rigore genuum lapsus humo concidit. Ruina corpus attrivit, adeo ut intercepto diutius anhelitu exanimis putaretur. Sed redeunte paulatim vigore lætum erubuit, quod, quamvis severe castigatus, pœnitentiae rigoratus sit. Habetur ergo in plurimis locis Angliæ festum ejus venerabile, quod nemo impune temeraria præsumat. Jacet in eadem ecclesia mater ejus Wilfrith, quam non sanctimoniale, sicut opinio vulgaris delegat [al. delirat], sed subito timore regis suo tantum consilio velatam constat, abrepto velo regio cubili subactam, unde ille, quod feminam attingisset, quæ vel umbratice sanctimonialis fuisse, a sancto Dunstano redargutus, septennem exegit pœ-

nitentiam. Illa quoque partu explicito voluptati fre- A quentandie non inhesit; sed doluit potius et spexit, sanctaque pro vero asseritur, et celebratur.

In Berkensi pago sunt monasteria duo: Abendo-nense, et Radingense, virorum utrumque. Abdono-nice cœnobium fundaverunt Cissa pater Inæ, mox ipse Ina rex occidentalium Saxonum, multique ab origine reges. Sed Elfredi tempore regis, cum bar-barica ubique Dani discursaret petulantia, adiun- cja loci ad solum complanata. Tum rex malorum præventus consiliis, terras, quæcumque appendices essent, in suos suorumque usus rededit. At vero rex Edredus Elfredi nepos, loci miseratus solitudinem, simulque avi animæ consulens, cuncta restituunt ablata per manum Ethelwoldi, quem ibi abbatem posuerat, tautumque amoris assumpsit in ecclesiam, B ut per se loca adiutoriorum metaretur, et fundamenta jactaret; meditans inibi celeriter quam saepe monasterium construere, scississetque voluptati sati, si non eum sata de medio propere repulissent. Justitiam tamen Ethelwoldus cœptis, sed antequam aurumque manum rebus imponeret, ad episcopatum Wintonie ab Edgardo predicanda memoria rege raptus est. Complevit magistri molipina Ordgarus, ab eo in abbatis substitutus, datusque est locus, et juniperum quantum exaltatus, successoribus semper aliquid recens molientibus, quo antecessoribus non impri-mires aestimarentur. Emicuit præcipue nostris temporibus abbas Faricius in melioribus eisibus, Tuus genus, arte medicus, Arelinus [al. civis Arelinus]. C nosier profecio monachus. Cuius laudes effigiare, quia successit animo, non quod ipse comminiscar, sed sodalis mei Petri monachi versus apponam; quibus et laudabilis abbatis virtus eniteset, et, si quis haec lectione dignabitur, versificatoris imprimitis egregii leporem auimadvertis. Erit ergo hic experimentum ejus eloquentiae duntaxat exiguum, ceterum ipse alias in pluribus assecutus est famam altioris glorie.

*Vir probus et prudens, vir vere consiliorum,
Extera ditarit, curabit et initia morum.
Omnibus instructus, quos tradit littera fructus,
Ad decus Ecclesie veritatem monumenta Sophie.
Omnibus imbutus, quas monstrat physica leges,
Ipsos demeruit medicandi munere reges.
Reges et processus subiti [al. subiri], parere videtur.
Illius ad nūnum credentes vivere tutum.
Hinc animos illi favor Anglicus hactenus horret,
Ut de jure suo certare potentibus ausit.
Quos adeo fregit, quos ad lantilla rededit,
Ut sibi subiectos dominos premeret dominator.
Fallit nisi Gyffard flexit sua colla cencullo,
Ingenuos inter non exæquatus ab ullo.
Hinc amisa dia revocari subditionem:
Hinc infrendingem sibi repulit ambitionem.
Quid turbans memorem procerum, populumque
minorum?*

*Quotquot pulsavit de jure suo superarit.
Ex his fama viro, de summa gloria crevit.
Ex his Ecclesie matura res adolevit.
Ille Dei donum menor esse fluenta bonorum,
Omnem splendorem convertit ad interiorem.
Addita prædia, pallia regia, munera, vestes,
Vascula diuina, picta tapetia sunt mihi testes.
Fulgurata aurea per laquearia pompa decoris
Crusta metallica, gemmea fabrica plena stuporis.
Nec tamen ad votum sufficit vita beatum,
Rupit utrumque simul raro tam flebile satum.*

Radingis fuit quondam cœnobium sanctimonialium, sed iam multis annis abolitum. Illud rex Henricus pro indicta sibi penitentia restaurare intendens, duo olim diruta monasteria Lefinistre et Celsi adjunxit: constituitque illud inter duo flumina, Kenetum et Tamensem, in honorem Matris Domini, et Joannis evangelistæ loco, ubi ad populosiores urbes Anglie omnium pene itinerantium posset esse di-versorum. Posuitque ibi monachos Cluniaceuses præclarum sanctitatis exemplum, hospitalitatis indefessa indicium. De corporibus sanctorum in duobus monasteriis requiescentium nihil atque dicere, cum aliunde illuc advecta peregrinos incolaus exerceant, et jam olim scriptorum prædicta præconia de nostro non necesse habeant suspire silentio.

DE EPISCOPIS WELLENSIBUS.

Tertius episcopatus Westsaxonum fuit apud Wellas, villam in Somersetensi pago, pro copia fonti-colorum ibi ebullientium ita dictam. Ibi a tempore regis Edwardi senioris, usque ad tempus Willielmi junioris hi fuerunt episcopi.

Athelmus, Wifelius. Ambo postea Cantuarienses archiepiscopi, Elselius, Wifelius, Brithelmus, Kine-wardus, Sigarus, Elwinus.

Livingus qui et Elstan, postea tempore regis Ethelredi post sanctissimum Elphegum Cantuariensis ar-chiepiscopus.

Ethelwinus [al. Elwinus] abbas de Evesham postea ejectus.

Brithwinus. Elwinus iterum reversus, et Brithwinus ejectus: itemque Elwino rejecto, Brithwinus reversus.

Meruith [al. Merewith], qui et Brithwi natione Lotharingus, tempore regis Edwardi et Willielmi

magii. Omnes hi sedes suas Wellis habuerunt, in ecclesia Sancti Andreæ.

Cum vero iis successisset Joannes, natione Tero-nicus, professione medicus, qui non minimum qua-stum illo conflaverat artificio, minoris gloria pulas-si in villa resideret inglorius, transferre thronum in Bathoniæ animo intendit. Sed cum id inaniter vivente Willielmo patre seniore cogitasset, tempore Willielmi filii effecit. Nec eo contentus, totam etiam civitatem in suos et suorum usus transtulit; ab Henrico rege quingentia libris argenti mercatus urba, in qua balneorum calidarum latex emergens aplorem Julium Cæsarem habuisse creditur. Salubres sunt aquæ illæ lavantibus, sed odor sulphuris prius advenientibus gravis, donec consuetudo sensus horrorem compescat. Ibi rex Offa monasterium pone-rat: et Edgarius sicut pleraque alia more suo aperte,

delectates loci magnificientia, et quod ibi coronam regni susceperebat. Hanc ergo abbatiam Joannes a rege non gravate obtinuit. Primoque aliquantum dure in monachos agebat, quod essent hebetes, et ejus estimatione barbari, et omnes terras victualium ministras auferens, pauculumque victimam per laicos suos exiliter inferens; sed procedentibus annis factus novus, monachis mitius se agere, aliquantulum terrarum, quo se hospitesque suos quoquomodo sustentarent, priori indulgens. Multa ibi nobiliter per eum incœpta et consummata in ornamentiis et libris, maximeque monachorum congregatiōne, qui sunt scientia litterarum et sedulitate officiorum juxta prædicabiles. Erat medicus probatissimus non scientia sed usu, ut fama (nescio vera) dispersit. Litteratorum contubernio gaudens, ut eorum societate aliquid sibi laudis ascisceret. Salsioris tamen in obloquentes dicacitatis, quam gradus ejus interesse deberet. Valetudinis bouz, dapsilis cum in se tum in alioe. Obiit grandævus, qui nec etiam moriens emolliri potuit, ut plena manus monachorum terras redderet, successoribus suis non imitandum præbens exemplum. Sepultus est in ecclesia Sancti Petri, quam a fundamentis erexerat magno et elaborato parietum ambitu. Cessit enim Andreas Simoni fratri, frater major minori. Omnis tractus episcopatus illius in solo Somersetensi pago jacet, habetque tres abbacias virorum : Glastonensem, Adelingensem, Micleaniensem.

Glastonia est villa in quadam recessu palustri C posita, quæ tamen et equo et pede aditur, nec situ nec amoenitate delectabilis. Ibi primo rex Hina consilio beatissimi Aldelmi monasterium ædificavit, multa illuc prædia, quæ hodieque nominantur, largitus. Et varia quidem vicissitudine temporum, sed indeficientibus successionibus, congregationibus monachorum splenduit locus, usque ad Danorum sub Elfredo rege adventum. Tunc enim, ut cætera, desolatus, aliquantis annis notos desideravit incolas. Porro, quidquid turbo bellorum obtiverat, reparavit egregie Dunstanus, qui prius eo loci vitam solitariam monachus actitara. Postmodo vero liberalitate regis Edmundi omnia quondam appendicia, et iis multo plura nactus, abbatiam composuit: qualis nusquam in Anglia sit fuerit. Tanta est diffusio et opportunitas fundorum, tanta librorum pulchritudo et antiquitas exuberat. Cæterum (nescio quo) infortunio semper post adventum Normannorum pessimis infracta est laboribus, nec in novis ædificiis, nec inhabitatorum compendii profecit. Abbates rerum gloria elati non religiosos, sed tyrannos agunt, foris tumidi, sed invalidi, intus crudelis et inconveniēti. Ad quod probandum Turstini solius sufficiet factum.

Qui dono regis Willielmi patris ejus monasterij factus abbas, terras et pecunias in lectatorum [al. lecatorum] suorum abusus consumpsit. A monachis severe ordinem exigere, sed inter hæc eos in

A virtutibus miserabiliter tractare; hinc ritus verborum, animorum discordiæ; quia, ut Lucanus ait, « Nescit plebes jejuna timere [al. plebs]. » Post jurgia ventum ad arma, coactique a militibus monachi in ecclesiam, sancto altari miserias approrabant suas. Sed irrumptibus militibus duo ex iis ibidem csesi, xiv vulnerati, cæteri repulsi. Nam et furor insaniantium dum uniuersus monachos impedit, crucifixum sagittis in horrere fecerat, hujus criminis noxa tota vita regi infamatus abbas, exilio apud Cadomum deportatus est: eoque defuncto pro redemptione peccati auxiliaribus annumerata pecunia honori restitutus est. Impudens et infamis, qui tanti sacrilegii conscius, ausus sit iterum loco, quem violaverat, intrudi. Jacet ibi Patricius, si credere dignum, natione Britto, beati Germani Autisiodorensis discipulus, quem a papa Cœlestino ordinatum episcopum Hiberniensibus misit apostolum. Qui cum multis annis in conversione illius gentis suo agente labore, Dei gratia cooperante non nihil promovisset, tandem annosae peregrinationis tædio simul et vicino senio admonitus patriam redeundum ratus, ibi diem clausit. Subsecuti sunt magistrum Hlindrachus [al. Indrahtus] Hibernensis regis filius (cujus indeo nihil dulcius, nihil sanctius) et vii comites illius terre spectabiles. Quds ibidem irruentibus latrunculis casos, in martyres credula consecravit antiquitas. Quid porro de cæteris sanctis ibi requiescentibus sermo exilis majestate reruni comminisetur dignum? multos illuc rex Edmundus misit in expeditione aquilonali conpertos, et de terra levatos: inter quos Hildam abbatissam cœnobii, quod olim Sternelhalh nuuc Ditebi nuncupatum, tunc sanctimonialium, modo monachorum. Cujus quanti ponderit merita verax historicus Beda, promptum faciet historia Celfrithum abbatem Wirensis cœnobii, de quo idem Beda proprium texuit librum. Eum in extrema ætate dum Romam tenderet apud Lingones morte præoccupatum et sepultum, sed postmodo constat relatum: partem ossium Aidani Lindisfarrensis antistitis primi. Nam, quod partem Colmannus Scotiam eodem historiographo teste asportaverit, notius est, quam ut dubitari debeat. Prædictatur ibi Benignus confessor, qui non longe hinc anachorita fuerit, præclusisque miraculis vicinos monachos ad sui venerationem et translationem excitaverit. Sepulti sunt in eo cœnobio reges: Edmundus, de quo superius dixi, loci instaurator, et Edgarus filius ejus, qui paternæ memorie non ingratius donis genitoris amplissimarum possessionum adjecit cumulum. Adelingea est non maris insula, sed ita stagnorum refusionibus et paludibus inaccessa, ut nullo modo nisi navigio adiri queat. Aluetum in ea per maximum, cervos et capreas multasque id genus bestias continet. Terra solida vix duobus jugeribus lata monasteriolum et monachorum officinas habet. Ejus constructor fuit rex Elfredus, qui quondam a Danis pulsus provincia, tutus

illic aliquandiu latebras confoverat. Mox cum per somnium restitutionis suæ vadem sanctum Cuthbertum accepisse, ibidem se monasterium constructurum Deo pollicitus est, fecitque ecclesiam situ quidem pro angustia spatii modicam, sed novo ædificandi modo compactam. Quatuor enim postes solo infixi totam suspendunt machinam: quatuor cancellis opere sphærico in circuitu ductis. Sunt ibi monachi pauci numero et pauperes, sed qui egestatem suam quietis et solitudinis amore vel magni pendant vel consolentur: qui laudes patroni sui sancti Egelwini ferant in astra præconiis, sanctitatem sentiant continuis impensis beneficiis. Illum fratrem regis Westsaxonum Kenewalh suisse, et

A generis magnitudinem sanctitatis indeoltus perseverans est opinio, languoris perpetuo detentum compede nihilo segnius Deo servisse, bono fine consummatum omnibus se invocantibus præsto ad remedia occurrere. Auctor Miceluensis [al. Miceliensis] cœnobii idem, qui Middeltunensis, ubi eadem illectus causa, similia contulit et villarum et reliquiarum xenia; eoque plus quod monachis liberius cœlestibus possunt excubare secretis, quo minus frequentantur hominum conventiculis. Ea enim aditu difficultis, permeaturque æstate pede vel equo plerumque, bieme nusquam. Sed de hoc satis est, flectendusque sermo, quia hujus provincie vocant reliqua.

DE EPISCOPIS CRIDIENSIBUS, EXONIENSIBUS, CORNUBIENSIBUS.

Seriem ergo Cridiensium pontificum hic sermo evolvet. Cridia est villula Domnoniae, quæ vulgo dicitur Devenescira, xiiii millibus ab Exonia, hic sederunt per ordinem pontifices isti: Edulfus, Edgar, Elswod, Sideman, Alfric, Elswold, Ednod qui et Wine.

Livingus, ex monacho Wintoniensi abbas Tavistokensis et episcopus Cridiensis, maxime familiaritatis et potentiae apud Cnutonem regem habitus est. Cum eu Danamarchiæ multo conversatus tempore in Romano itinere comitatui adhæsit; nec minus explicitis apud Romanum negotiis, cum rex pedestri via Danamarchiam contendisset, ille regiarum epistolarum bajulus, et mandatorum executor futurus, in navigio Angliam venit: omnibusque, quæ injuncta fuerant, sapienter et mirifice ante adventum regis consummatis, eo apud eum gratiæ processit, ut defuncto avunculo suo Brithwoldo, qui erat Cornubiensis episcopus, ambos arbitratu suo uniret episcopatus. Ambitus et protervus ecclesiasticarum legum tyrannus, ut fertur, invictus, qui nihil pensi haberet, quominus omni voluntati suæ assisteret. Denique a majoribus acceperimus, cum ille spiritum efflaret, tum horrissonum crepitum per totam Angliam auditum, ut ruina et finis totius putaretur orbis, humatus est Tavistokiæ, quo loci multa spectabilia contulerat, tantamque sui gratiam apud monachos locaverat, ut hodieque xv graduum Psalmos continuata per successores consuetudine pro ejus decentent quiete.

Huic tempore regis Edwardi successit Lefricus apud Lotharingos altus et doctus, qui sedem episcopatus transtulit in civitatem, quæ propter fluvium Exam, qui muros lapsu suo allambit, vocatur Excestre. Hanc urbem primus rex Ethelstanus in potestatem Anglorum effugatis Britonibus redactam turribus insignivit, muro ex quadratis lapidibus cinxit, ubi omne adeo abundat mercimonium, ut nihil frustra desideres, quod humano usui conducibile judices: licet solum jejunum et squalidum, vix steriles avenas et plerumque inane folliculum sine grano producat. Hic Lefricus ejectis sanctimo-

B nialibus a Sancti Petri monasterio episcopatum et canonicos statuit, qui contra morem Anglorum ad formam Lotharingorum uno triclinio comedenter, uno cubiculo cubitarent. Transmissa est hujuscemodi regula ad posteros, quamvis pro luxu temporum nonnulla jam ex parte deciderit, habenque clerici œconomum ab episcopo constitutum, qui ei diatim necessaria victui, annuatim amictui comoda suggerat.

Successit Lefrico Osbernus regis Willielmi tempore, natione Normannus, frater Willielmi præcellentissimi comitis, in Anglia sub Edwardo rege liberaliter et domestice [al. modestice] conversatus: quippe qui cognationem regiam vicino attingeret gradu. Unde in victualibus et cæteris rebus ad Anglicos mores prior parum Normannorum pompari suspiciebat, consuetudines domini sui regis Edwardi efferens, et cum per alios exhiberentur cæteris assidentibus manu et gestu adgaudens, ita pro mors antiquorum præsumul veteribus contentus adficiens, liberalis animo et castus habebatur corpore, vixit ad quartum annum regis Henrici imminente senio non paucis annis lumine captus.

Est in Domnonia cœnobium monachorum juxta Tau fluvium, quod Cavistoh vocatur, quod per Orlagarum comitem Domnoniensem, patrem Ellridze, quæ fuit uxor regis Edgari surgendi exordium, per Livingum episcopum crescendi accepit auspicium locus amoenus opportunitate nemorum, capture copiosa piscium, ecclesiæ congruente fabrica, fluvialibus rivis per officinas monachorum decurrentibus, qui suo impetu effusi, quidquid invenerint superfluum, portant in exitum. Rumonus sanctus ibi prædicatur, et jacet episcopus pulchritudine decoratus scrinii, ubi nulla scriptorum fides assistit opinioni, quod non solum ibi, sed in multis locis Angliae invenies violentia hostilitatis abolitam omnem gestorum notitiam, nuda sanctorum nomina, et si que modo prætendent miracula sciri. Cernitur in eodem monasterio sepulcrum Ordgari, spectaculoque dicitur enormitas mausolei filii ejus. Edulfus hic reformatus est, giganteæ molis et immanis roboris, sicut

D piosa piscium, ecclesiæ congruente fabrica, fluvialibus rivis per officinas monachorum decurrentibus, qui suo impetu effusi, quidquid invenerint superfluum, portant in exitum. Rumonus sanctus ibi prædicatur, et jacet episcopus pulchritudine decoratus scrinii, ubi nulla scriptorum fides assistit opinioni, quod non solum ibi, sed in multis locis Angliae invenies violentia hostilitatis abolitam omnem gestorum notitiam, nuda sanctorum nomina, et si que modo prætendent miracula sciri. Cernitur in eodem monasterio sepulcrum Ordgari, spectaculoque dicitur enormitas mausolei filii ejus. Edulfus hic reformatus est, giganteæ molis et immanis roboris, sicut

breviter demonstrare incidit animo. Viam agebat cum Edwardo rege, cuius erat cognatus, Exoniā versus. Ita, cum juxta portam equis dissiluisserent, offendērunt introitum forinsecus repagulis, intus se-ris damnatum. Et forte janitor, quem latuisse et eorum adventus (nam domesticō adequitaverant otio) longe discesserat. Tum Edulfus ambabus manibus arripiens repagula, parvo (ut videbatur) conamine dejecit in frusta, partem etiam muri pariter evel-lens. Semelque calefactus et secum infrendens se-cundo virtutum periculum dedit. Nam pedis impulsu valvas debilitans, bisorem reclusit cardinem, adeo ut etiam materiam elideret. Cæteris laudantibus rex factum joculariter attenuans, diabolica fortitudini non humanae virtuti attribuit. Est præterea in Dor-seta nemus juxta Hortunam, quæ modo destructa, tunc ejus liberalitate inter abbatias numerabatur. Ibi mirandæ fortitudinis dabat spectaculum, si quando remissis curis venerat in otium. Rivulus

A juxta saltum venationis feracein labitur, ab una ripa ad alteram decem pedum spatio. Ille divaricatis pedibus utramque continuabat, parvoque cultro ferarum ad se actarum capita levibus et pœne irri-tis ictibus decutiebat in amnem. Sed enim tantis talisque adhuc ætatis calore perservidus cessit morti, jussitque se apud Hortunam sepeliri. Verumtamen quia secum quædam ecclesiae danda demandaverat, prævenit abbatis Sictilii violentia, datorem, et data pariter transferens in sua. Sithricius postea sub rege Willielmo piraticam aggressus religionem polluit, ecclesiam infamavit. Cornubiensium sane pón-tificum succiduum ordinem nec scio nec appono, nisi quod apud Sanctum Petrocum confessorem fuerit episcopatus sedes. Locus est apud aquilonales Britones supra mare juxta flumen, quod dicitur Hegelmithe, quidam dicunt fuisse ad sanctum Ger-manum juxta flumen Liner supra mare in australi parte.

DE EPISCOPIS SELESIENSIBUS.

Percensis omnibus episcopatibus Westsaxonice, at australium Saxonum episcopos ordo narrandi dirigitur. Provincia illa collimitatur ab una parte Westsaxonibus, ab altera Cantuaritis, occidentalium regum ditioni semper subjecta cum regulis, post-quam Cedwalda regem eorum Edelwalk bello sudit. Is Edelwalk suadente rege Wilferio baptizatus, in Mercia beatissimum Wilfridum a sede sua exsulan-tem benigno dignatus hospitio episcopatus etiam C sede extulerat, loco, qui Selesige dicitur, nec nisi uno introitu potest adiri, mari undique circumgy-ratus. Verumtamen (ut dixi) rege occiso, et Wilfrido, qui ibidem monasterium ædificaverat, domum reddita pace regresso, multis annis episcopatus vacavit, spectabatque interim pontificatus administra-tio ad Wintoniensem antistitem.

Postmodo vero a Nochelmo archiepiscopo factus est episcopus Edbrith. Cui successit Ella. Eo de-functo seriem successionis continuaverunt. Sigelin, qui interfuit concilio Cuthberti archiepiscopi. Alu-brith, Bosa, Gislhære, Totta, Pentum, Ebelnulf, Beinus, quem ordinator suis Pleimundus archi-episcopus idoneum fuisse pronuntiat. Cenred, Gui-theard, Elfred, Eallhelm, Ethelgar prius abbas Win-toniensis, postea Cantuariensis archiepiscopus. Ord-brich, Elmar, Ethelric, Grimkatel, qui ejectus a sede orientalium Anglorum quam emerat, etiam hanc pecunia emeruit, et ob-sedit. Hetta. Stigandus, non ille, qui postea fuit episcopus Wintoniensis, et archiepiscopus Cantuariensis. Hic Stigandus a Will-ielmo rege ibi factus episcopus mutavit sedem in Cicestram diœcesis suæ civitatem prope mare ubi antiquitus et Sancti Petri monasterium, et congregatio sanctorum fuerat. Illic successit Will-ielmus. Willielmo Radulfus proceritate corporis in-signis, sed et animi efficacia famosus, qui contiuit sacerdotalis officii Willielmo juniori in faciem pro-

Anselmo archiepiscopo, quem immerito exagitabat, restiterit. Cumque ille conscientia potestatis elatus minas ingeminaret, nihil alter reveritus baculum protendit, annulum exuit, ut, si vellet, acciperet; nec vero vel tunc vel postea austerritatem inflecte-ret, si assertorem haberet; sed quia discessu suo spem ejus et cæterorum, si qui boni essent, Ansel-mus enervavit, et tunc causa decidit, et postmodo

C damno succubuit, succendentibus quoque annis reli-giosam contumaciam mandatis Henrici regis exhibuit, volentis per totam Angliam a presbyteris pecuniam exigere. Id aliis vel concedentibus, vel metu silentium tenentibus, in solo Radulfo rigor ponti-ficalis emolliri nequivit, per totam siquidem diœces-in divina vacare officia, januas ecclesiarum spinis obstrui præcepit, monachorum cantum non inhibens, sed tamen laicis aditum sarcens. Atrocitas facti regem inflexit, ut ei soli quasi mentis inconsiderate homini censem presbyterorum indulgeret. Verumtamen religio et animositas viri magnam sibi apud regium animum laudem paravit, ut ipsi omnia remitteret, subinde dictitans pauperem esse epi-scopatum, ecclesiam esse absump-tum, non debere tributis expilari, sed oblationibus augeri, ita con-stans innocentia hominem spectabilem fecit, ut rex, qui aliis auferret, ipsi libens et submissus daret: denique ecclesiam suam, quam a novo fecerat, cum fortuitus ignis (ut dixi) pessundisset, liberalitate potissimum regis brevi refecit. Obiit christianissime, omnibus suis in usum pauperum distractis, qui et panniculos suos usque ad stramen moriens ante se jusserit erogari. Vir æternam boni memoriam merito adeptus, qui sedem suam ex humili et misera-bili ad summum gloriæ culmen provexit. Clerum quantulam victualia episcopatus sustinere possunt, congregavit: ornamenta omnis generis adjecit, quo-rum omnium pudendam ante paucitatem taxare pi-

get. Ter omni anno diœcesin suam causa prædicandi circuibat, nihil episcopali potestate a provincialibus suis exigens, sed quæ offerebantur grata-

A bundus accipiens : delinquentibus increpando non parcens, et si minus increpatio valeret, ingento ludo culpam elidens.

DE MONASTERIIS.

In eius diœcesi sunt duo duntaxat coenobia e novo facta : Sancti Martini de bello, quod rex Willielmus fundavit et provexit in loco, ubi Angliam debellaverat, multa ibi et pretiosa cum vivus tum mortuus delegans. Altare ecclesiae fest in loco, ubi Haroldi pro patria charitate occisi cadaver exanime inventum est. Sancti Pancratii de Lewes, quod auctore Willielmo comite de Warrenna, Lanzo quidam monachus Cluniacensis in supremo religionis locavit

cacumine. Efficaciam viri sublimitas prætendit loci, adeo ut versciter asseratur, nullum omnino monasterium posse illud vincere religione ad monachos, affabilitate ad hospites, charitate ad omnes. Vicit pompa famæ rerum veritas, licet fatiget audientes referentium verbositatis. Certe de Lanzone plena loquerer, nisi alias non contemnenda dixisset, simulque ejus meritum omne transcendit eloquium.

PROLOGUS LIBRI TERTII.

Secundæ post Cantuariam dignitatis est Eboracum, urbs ampla et metropolis, elegantæ Romanæ præferens indicium, a duabus partibus Husæ fluminis sedilita includit in medio sinus sui naves a Germania et Hibernia venientes : furori aquilonalium gentium prima semper obnoxia, barbaricos Danorum motus toto tempore, quo dominati sunt Angliae, exceptit et ingemuit. Quapropter multis ruinis quassata, ultima peste sub Willielmo rege concidit. Qui urbanis iratus, quod Danis adventantibus receptui et consultui fuisse, prius inedia, mox flamma civitatem consecit, regionis etiam totius vicos et agros corrumphi, fructus et fruges igne vel aqua labefactari jubet. Ita provincie quondam fertilis nervi, præda, incendio, sanguine succisi. Humus per LX et eo amplius milliaria omnifaria inculta, nudum omnium solum ad hoc usque tempus. Urbes olim præclaras, turres proceritate sua in cœlum minantes, agros latos pascuis, irriguos fluviis, si quis videt modo peregrinus, ingemit; si quis vetus incola, non agnoscat. In aliquibus tamen parietum ruinis, qui semiruti remansere, videoas mira Romanorum artificia; velut est in Lugabalia civitate triclinium lapidum forniciis concameratum, quod nulla unquam tempestatum contumelia, quin etiam nec appositis ex industria lignis et succensis valuit labefactari. Cumberland vocatur regio, et Cambri vocantur homines, scripturaque legitur in fronte triclinii : MARII VICTORIE. Quod quid sit hæsito, nisi forte pars Cimbrorum olim his locis insederit, cum fuissent a Mario Italia pulsi. Sane tota lingua Northimbrorum, et maxime in Eboraco, ita inconditum stridet, ut nihil nos australes intelligere possimus. Quod propter virginiam barbararum gentium, et propter remotionem regum quondam Anglorum modo Normannorum contigit, qui magis ad austrum,

quam ad aquilonem diversati noscuntur. Rex ipse in istis partibus domestico contentus militum numero, si quando partes illas regni adit, non nisi magno auxiliatorum comitatu vadit, viderat quondam Albinus [al. Alquinus] hanc fore calamitatem regionis, ex prodigio, quod Eboraci acciderat : viderat, inquam, et annuntiaverat his verbis in epistola ad Ethelredum regem : *Quid significat pluvia sanguinis, quam quadragesimali tempore in Eboraca civitate, quæ caput totius regni est, in ecclesia beati Petri principis apostolorum vidimus, de borealibus domus sereno aere, de summitate tecti cadere miscerit? Nonne potest putari a borealibus partibus venire sanguinem super populum?* Hæc quidem Albinus conjectit suo tempore ventura, quæ posteritas C vel per Borealium violentiam, vel propter Borealium culpam venisse liquido cognovit. Nam tempore succedente Dani vastaverunt provinciam, inde Normanni propter Danorum adventum efferati, quod reliquum erat pessundederunt. Dicam igitur in hoc libro, quæ tertius est pontificalium Gestorum, quidquid se de pontificibus Eboracensibus notitiæ nostræ vel majorum relatione vel librorum revolutione insudit. Quorum ut mihi videtur fuit præcipuus Wilfridus primus, tot periculis omni pene vita immerito jactatus. Cujus vitam et omnia gesta huic breviario indecere commodum opinor, quod nec ita nota, et multa ex historia Bedæ vacant. Quamvis hoc igitur meditanti aperiatur immensus opus, conabor tamen, quantum valuero, breviter facere, illa semper considerata mei ausus excusatione, ut qui omnes sanctorum vitas legere nequeat, hic deflorata utiliora inveniat. Itaque omissis longarum narrationum ambagibus veritatem separar, et quæ Stephanus presbyter de Wilfrido magno verborum agmine egit in compedium coarctabo.

LIBER TERTIUS.

DE ARCHIEPISCOPI EBORACENSIBUS, EPISCOPI HANGUSTALDENSIBUS, ET WITTERNENSIBUS.

Paulinus, fuit primus Eboraci archiepiscopus, qui ab Honorio papa pallium accepit, ut notum est.

Ilo pulso, Scotti : Aidanus, Finanus, Colmannus, nec pallio nec urbis nobilitate voluerunt attolli, in insula Lindisfarnensi delitescentes.

Colmanno per Wilfridum de Pascha erroneo convicto, idem Wilfridus ad episcopatum Eboracensem electus, ab Alfrido rege Oswii filio regis Galliam [potere] consecrandus jussus est.

Quo ultra mare moras nectente, Oswius rex, preventus consiliis Quartadecimanorum (qui vocabantur ita, quia Pascha in quarta decima luna cum Judæis celebrabant), Ceddam virum sanctissimum, tamen contra regulas, intrusit tribunal Eboracensi. Sed haec iniquitas misso ab apostolica sede Theodoro Cantuariense archiepiscopo correcta est, exstrusoque Ceda Wilfridus inthronizatus est. Wilfridus igitur ut retro redeam non insimis parentibus apud Northanimbros natus, si quid natalibus desuit gratiae generositate morum explevit. B Hunc genitrix parturiens in luceem effunderet, clientes foris stantes viderunt, ut putabant, domum puerperii consciam ignibus undique conflagare, ita ut jam flamma in altum longos produceret crines. Cumque illi ad incendium sopiendum voces et aquam jactarent, excurrerunt ancillæ clamoribus eorum excitæ, edictoque ne dominam parturientem inquietarent mirabantur in suis non luisse oculis illi [*al.* quod illi] se vidisse clamarent. Nam jam ignis innoxius evanuerat, nec erat quo pudorem suum excusare possent famuli, dum starent ædes incolumes. C Intellectum est ergo ignei vigoris esse puerum, in cuius ortu tantum afflatum esset incendium. Cucurrit ille pueritiam sine litteris; sed cum jam x annis crescens ætas quatuor adiecisset, nevercalem fastum perosus (nam mater obierat) domo excessit paterna, curialibusque admittentibus, quibus obsequiam apud patrios lares exhibuerat, Eansledæ [*al. Eansleda*] reginæ perductus est in notitiam. Quæ cum adolescentuli secreta crebris percunctationibus eliciuisset, quod Deo libentius quam sæculo proponeret militare, cuidam Cuddæ, qui ex senatore et regis cubiculario religiosam vitam apud Lindisfarnum meditaretur, delegavit. Is eum secum aliquantis annis benigne habitum reginæ remisit, psalmos et nonnulla ecclesiastica memoriter retinente, sed excellentioris profectus studio Romam eundi desiderium ingressum.

At Regina desiderium ephœbi, quod supra annos esset, amplexa, misit eum peculiari adjuyandum

A cura regi Cantuariorum Ercomberto, qui filius erat patrui sui. Ita Wilfridus Cantiam adveniens Romanas consuetudines, quæ Scottorum scientiam vincebant, gñarus addidicit : Psalterium denique, quod a Scottis juxta translationem beati Hieronymi accepérat, pro Romano more juxta quintam editionem lectitavit et tenuit. Post annum datus a rege in comitatum industrii juvenis Benedicti, qui postea Wrensis abbas fuit, Romanum iter maturabat. Lugdunumque perveniens, faciei venustate morumque compositione Dalsinum urbis archiepiscopum ad sui dilectionem invitavit. Quem cum vel clericatu imposito, vel nupliis neptis suæ retinere tentasset, neutrum promovit : excusante nuptias Wilfrido pro cælibatus studio, clericatum differente, quoad Roma rediret. Ideoque archiepiscopi fultus consilio, et sublevatus marsupio, corptain viam aggressus, socium, qui moræ illius iratus præcesserat, brevi consecutus est. Romam ergo venit, cuncta, quæ optaverat, assutus prospere beato Andrea suffragante. Cujus triumphalibus liminibus affusus, opem et litterarum ingenium oraverat. Adeptus igitur beatissimi Bonifacii tunc archidiaconi privatam notitiam, per eum supremæ sedis pontificis gratiam meruit. Quorum contubernio fructus et rationem Paschalis cycli edocet, cum plurimum in urbe moratus esset, Ludgnum ad Dalsinum archiepiscopum remeavit. Qui cum eum nihilo segnior indulgentia excepisset, hoc confederati sunt placito : peregrinus adoptatus in filium, et clericus factus, archiepiscopus electus in patrem, qui sedulitate benevola omnem memoriam feditus in patriam ab animo Wilfridi deleverat. Sed invidit dia-bolus Wilfrido Galliam, Dalsino longiorem vitam, Bathildi reginæ furias infernales immittens, ut eum post novem, quos trucidarat episcopos, accumularet in decimum. Mandaverat per satellites illi, ut veniret; fortior ille malis, quævis eum non lateret muliebris nequitia, venire properavit. Quem cum continuo carnisces gladiis excepissent, adolescentis Anglus mirabilis constantia prope in ipsos enses immergens consortium paternæ necis sitiebat. Sed licet jam expoliatus, jam protenso cingulo [*al. jugulo*], miseratione lanistarum Angliae suæ reservatus est! Cujus adventum cum fama vulgaret, ab Alfrido rege regis Oswii filio dignanter accitus est. Et cum laborem et seriem itineris, Gallicanam elegantiam, pompam Romanam, prætereaque canonum regulam edissertaret, libenter est auditus et grata. Ergo circa se multis diebus habitum accurate propter nuper

conceptam coluit aincitiam, quam comparaverat honesta conversatio, industria, prædicatio, rerum scientia, sermonis copia. Data ei, in Ripis a rege mansio, qua cœnobium ædificaret, collataque a proceribus multorum xeniorum oblatio. Ibi ab Angilberto episcopo Gallo de Scotia veniente presbyter ordinatus, et abbas post non multos dies Scottis convictis falsi Paschæ errorem depulit, scientiam recti reduxit. Lætabantur reges, et heroes, gloriantur provincia se habere prædicatorem indigenam, qui jam cruditatem nauseabant Scotticam, confabanturque multa Wilfrido, quibus toleraret vitam, quibus inopum fulciret penuriam. Nec ille erat angustioris cordis in erogando pauperibus et advenis, quod affluebat a sæculo, æmula quadam jucunditate, ut quo plus erogaret pauperibus, eo copiosius Deus eroganda inferret. Præterea ventre castigator, vigilis et orationibus promptior, a matre integrum servans pudicitiam, nec in adolescentia incurrit culpam : frequentavitque usque ad senium morem, ut nocte pergens cubitum aqua frigida totos insunderet artus. Sed Joannis papæ jussu tandem vel sero destitut, ne algor senilis corporis frigi elementi infusione auctus incurabilem morbum contraheret. Per hoc favorabili plausu ab omnibus electus est, dignus qui Eboracensis Ecclesiæ cathedralm sanctificaret. Sed perstitit ille negare, ne ab episcopis Scottis vel ab iis, quos Scotti ordinaverant, consecrationem susciperet, quorum communionem sedes aspernaretur apostolica. Quorum sicut suum non esset ullum nominare, ita proprium famee consulere, saluti providere, pateretur regia dignitas, concederet popularis religio se a Gallicanis antistibus sacroto insigniri munere, quo facto fore, ut introizato legitime multum accresceret scientiæ, probato consilio mittitur Galliam consecrandus magno apparatus commeantium, magna exspectatione remeantium, ubi xii episcopis, (quorum in numero excellebat Angilbertus) electionem acclamantibus, et in sede aurea sedentem sustollentibus [al. succollantibus] demum ante altare ductus et consecratus est. Sed re perfecta redeuntem venti corripienes adversi in litus contrarium Australium Saxonum detulere : navem appulsam æstus Oceani refluens inimicorum hiantium præda destituit. Barbari qui adhuc veri Dei nescii bacchanalia vivebant in furiam concitati, bello conspiratis viribus classicum canunt. Tum quanquam pontifex indulgendum tempori ratus pacem prætenderet, promissa cumularet, nihilo fraciiores gentiles in arma ruunt. Quin et sacerdos sacrorum sacrilegorum in editiore stans loco fanaticis incantationibus Christianorum vires effringere nitelatur. Tum quidam ex sociis pontificis funda lapidem intorquens fronti gentilis illisit, tam validis viribus ut osse penetrato cerebrum violaretur, hoc acrior populus barbarorum in Christianos bellum novat. At illi in utramvis partem parati quo fortuna vergeret, vel morte occumbere nobili, vel Victoria potiri, uniti in confertam multitudinem cxx, irruunt

A et bis terque avertunt, orante interim et genu flexente præclaro sacerdote cum clero in littore, quorum precata ante horam ascensionis regressus maris æstus famulante sinu nautas exceptit. Qui non malo post ad Sandwic appulerunt, læsum celeuma castantes : quod innumeris ex hostibus interemptis vix quinque suorum desiderarent. Victor ergo periclorum omnium domum reversus turbam rerum offendit, Ceddamque in suam sedem subintroductum, quod animis religiosissimis in causa præsertim bñoris sui facile subripi potest. Quocirca Wilfridus tribus annis in Ripis habitans, sacerdotiale officium, quocunque ire petebatur, exercuit, magno semper comitatus virorum agmine, qui eum relinquenda non putabant. Invitabaturque creberrime a Wilfrido Merciorum rege, qui ei locum Licesfeld vocatum su construendum quolibet, vel episcopatum vel monasterium largitus est, sed nec tenacior in honore viri fuit Egbertus rex Cantuariorum, quo accersente multis in Cantia ordinibus ecclesiasticis provexit, quorum fuit unus Pulta, per eum ad presbyterium, per Theodorum ad episcopatum Rosensem postea promotus. Deus dedit enim archiepiscopo defuncto, expectabatur Theodorus de transmarinis partibus venturus. Qui cum venisset, cognoscens rem contra canones perperam factam, Ceddam degra lavit modesto et immoto animo injuriam sustinentem. Patientia viri sanctissimi commovit Wilfridi viscera, ut eum suffragio suo per omnes gradus iterum elevatum Licesfeli pontificem induceret, ubi superstes aliquot annis convenientem sanctitati sue finem invenerunt. Non spatiabatur interea in deliciis Wilfridus sed in primis christianitatem augere, christianorum mores informare; in secundis nova ædificia excitare, vetera reparare. Basilica, quondam ab Edwino rege monitu beati Paulini in Eboraco facta, tecto vacabat, parietes semiruti, et ruinam plenam minantes solis nidiis avium serviebant ; pro indignitate rei pontifex interno dolore communotus, materiam solidavit, culmen levavit, levatum plumbeis laminis ab injurya procellarum munivit. Fenestræ lucem dabant vel parvi linea tenuitas, vel multiforatalis asseraxis : ipse vitreas fecit. Decorem materialium vetustas, et multimoda tempestas obduxerat : ipse illas alba calce dealavit. Sensit et Ripis industrias antistitis, edificata ibi a fundamentis ecclesia, miro in fornicum inflexu [al. miro fornicum inflexu, etc.], lapidum tabulatu, porticum anfractu. Invitati ad ejus consecrationem reges Germani Egfridus et Elwinus (nam pater inter haec Oswius decesserat), dotaverunt illi locum ingentibus prædiis, retuleruntque famæ præmium [al. pretium] amplissimis verbis coram populo laudati, tribusque diebus lautissimo apparatus obsoniorum redempti, mondialis ut videbatur pompe lætitiam continuavit de resurrectione mortui divinum miraculum, res ita acta est. Ingresso episcopo villam Tiddanestræ occurrit vis feminarum ingens, parvos ad confirmandos offerebas. Immisicuit se confluentis undæ muliercula, et calidæ

agens alium examinem catechizandum prætendit, a mortem dissimilans, lacrymas resorbens, credebatque integre, quod hoc commento posset vitam resumere. Sed enim antistes obvelata faciem pusioli cum retexisset, ut exsequeretur officium, anima privatum advertit, tum mulier, quæ successu fraudis exciderat, ad preces conversa orare per Deum, per matrem, si qua fides, si qua pietas, ut excitaret examinationem, simul vestigiis advoluta violentiam quamdam facere, loco penitus non moveri, fluctuabat interim sanctissimi hominis sententia, an temerarius insuetum miraculum attentaret, an duras lacrymas orbatae mulieris despiceret. Sed vicit pietas pectus virtutis, paucaque divinorum Psalmorum intra se immurinurans, indeque dextram cadaveri apponens animam induxit corpusculo; confessim enim oscitans, et alaci palpebrarum motu totiusque corporis nisu se revixisse testatus est. Exclamat mater in gaudium, sed ab episcopo coercita siluit, vocatus est puer Ethelwaldus, et in Ripis postea monachus factus, miraculorum Wilfridi non leve augmentum [argumentum] videbatur.

Simile huic miraculum apud Henglesteldem [at. Hengsteldeheim] illis ferme diebus exhibuit. Ibi ejus sumptibus in altum surgebat ecclesia, ex cuius fabricæ summitate monachus delapsus totis ossibus dilaceratus est. Inde portatus in oratorium, dubium intuentibus faciebat, utrum omnino examinis esset, cui neque vox neque sensus inesset. At pontifex lacrymis infusus oculos, monachos ad orationem vocal, hortatur, ut fidei desidiam excutiant, nihil credentibus difficile fore. Oratio ergo in alterum uno porrigitur ore, misericordia e cœlo extrahitur, respirat monachus, sanitatis speratur indoles a videntibus, ligatur ossium fractura, convalescit ægrotus cum gratia. Nec minus rex Egfridus suo deerat officio regnum dilatando in Pictos, tuendo in Mercios. Picti enim defuncto rege Oswio parvi facientes teneram infantiam reguli, proruunt ulti et conspirant in Northanimbros: quibuscum sub regulo Bernego regius juvenis occursens ita paucis suis scilicet innumerabilem Pictorum delevit exercitum, ut campi cadaveribus constrati planitiem amitterent, fluminis cursu intercepto subsisterent. Wilfridus quoque rex Merciorum in eosdem efferratus ductavit exercitum, quippe qui meminisset patrem suum ab eis interemptum. Itaque veniebat animo regi fidenti, ut aut sarciret dispendium, aut acquireret regnum. Enimvero prosequebatur eum fortuna non bona, nec pene prosperior, quam paterna: nisi quod terga turpiter nudatus inglorius effugit, nec multis post diebus superstes, partem provinciarum Northanimbrorum regi cesserit. Harum eventu victoriarum multiplicata Wilfrido prædia, ecclesiae cum monachis constituta. Diligebatur enim ab omnibus pro virtutum reverentia laudabilis: præter illas, quas supra enumeravimus, commendatus absentia. Nam eum in continentissima coena raro plus quam unum sacerdolum absumpsisse, nupquam

A vero unum poculum exhausisse per celebre est. Præterea mitis et affabilis omnibus, eos in gratiam alliebat. Ideoque abbates et abbatissæ vel viventes suarum rerum Dominum, vel morientes hæredem instituebant. Proceres filios suos illi educandos committebant, cum adolevissent militaturos vel Domino vel sæculo, hinc livor infelix Ermenburgæ reginæ et quorumdam satellitum afflavit pectora, qui tantas divitias Wilfrido invidenter. Dum enim beatissima Etheldritha specientus famularetur regio cubili, illa maritum beatissimo conciliabat antistiti, si quid contra susurraretur, sanitatem consilii deliniens. Ipse quoque dum gratia pontificis niteretur, rebus bello et domi ex voluntate fluentibus fruebatur. Sed postquam nova nupta intravit triclinium, pax rupta pontificis evanuit, domusque regis paulatim immutata, ultimo decubuit. Conflavit ergo pontifici regina invidiam, quod tot abbates, tot abbatias haberet; quod aureis et argenteis vasis sibi ministrari ficeret: quod clientum turba, nitore vestium superbis, illius latus obambularet. Cucurrit ergo tam invidiosa relatio ad archiepiscopum Cantuariensem Theodorum. Is non moratus sed xeniorum obtenuit vigorem animi enervans, inconsulto Wilfrido tres alterius regionis episcopos in ejus diœcесim introduxit, Prætendebant [at. prætendebat] tamen causam justitiae, ut inde tres alerentur episcopi, unde unus tumebat: sufficeret tantos sumptus tantæque diœcesis circuitum quatuor episcopis. Et haec quidem recte dicta possent videri, si eum qui sua industria omnia conquiserat, vel non omnino spoliatum dejiceret, vel saltem cum consensu ejus ageret. Nec celari potuit manifestissima violentia, cum ipse pro tribunal regem adisset, injuriarum causam expostulans. Nihil enim, dixerunt, tibi reatus opponimus, sed quod constituius, ratum esse volumus. Quo dicto quid absurdius? quasi dicent illud Juvenalis:

Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

At vero cum præsul sedem apostolicam, appellasset, subsannatoribus, qui propter regem astarent, in risum crepantibus hoc dictum objecit. Haec deriso, quam de meo abscessu modo facitis, in magnum mœrorem vobis commutabitur futuro anno hoc eodem die; verax eventus rerum æmulatus est. antistitis dictum. Ethelredus enim rex Merciorum frater Wifserii, post abscessum Wilfridi non multis diebus guerram inceptans, fraternalis injurias ultimi ire cupiebat. Occurrat ei animosus Egfridus solito terrore acturum existimans; sed fugavit Mercius copias ejus, fuditque fratrem Edwinum, quo dolore versa in luctum Northanimbria, consiliatoris sui quondam absentia modo ingemisebat. Contigitque ut anno revoluto eodem die, quo ille præjudicium in Eboraco passus fuerat, cadaver regii adolescentis illatum urbi longum indicaret justitium. Ita Ethelredus triumpho functus integritate regni recepta Winfridum episcopum, qui Cedæ apud Licesfeld successerat, quod Egfridi parium fuerat, expulit.

Is Galico littori forte appulsus, in Theodoricum regem et Ebroinum ducem Francorum incidit; quibus a Britannia mandatum erat, ut Wilfridum episcopum caperent, et spoliarent. Quem illi errore nominis acti sociis occisis et rebus ablatis, abire siverunt. Luit ergo ille ambiguitatem vocabuli, alienumque periculum suo redimens, vel nudus profugit a latronibus. At Wilfridus, cuius prudentialiam hostilium consiliorum machinæ non laterent, levi Favonio provectus in alium, proras in Eurum obvertit, ut Frisiæ navigaret; exceptusque a rege et populo honorifice, ibidem hiemem, quæ imminebat, exegit. Commercium miserandum, ut inter barbaros tutius quam inter suos viveret, ejectus a patria, dilectus in Frisia. Continuo igitur ad prædicationem ejus Adalgisus rex gentilem tumorem inflexus, faciliorem in cæteros prædicationis viam aperuit. Hunc ad necem vel expulsionem viri Dei Ebroinus epistolis cum tentasset, aurum immensum poilicitus, irritus fuit. Chartam enim audiente Wilfrido, et epulante in triclinio, lectam Adalgisus projectit in ignem, dicens: Sic ardeat, qui pactum cum amico initum pro auri cupiditate dissolvit. Jamque se verna temperies aperiebat in flores, cum Wilfridus itinere reincerto ad Dagobertum regem transrhenanorum Francorum venit. Is non immemor, quod eum quondam factione magnatum pulsum, et de Hibernia ad se venientem hospitio receperit, et equis sociisque adjutum patriæ remiserit, benigne habuit, multisque precibus fatigavit, ut provinciam remanentia sua dignaretur, episcopatum Strœburgensem accipiens. Cum ille rogantem ad redditum suum de Roma distulisset, cum Deodato episcopo suo iram [al. ire] laxavit. Sociali ergo gratia fretus per Campaniam iter faciens inde Romanum ingressurus, ad Bertharium ducem Provinciae divertit, per legationes inimicorum causam ejus jam edoctum, et ad nocturnum promissis illectum. Qui licet in principio superbiam erexisset, tamen veraci relatione audita iram resorbuit. Itaque non solum nocturno abstinuit, sed et suffragio suo bonum negotio finem imposuit, dicens, ad hoc se admoneri cujusdam regis Hunorum, apud quem exsulasset olim, humanitate, qui quamvis esset gentilis, nulla tamen ad ejus damnum, cui jurasset, potuerit corrumpi pactione. Tandem ergo aliquando Romanum veniens attollitam sui exspectatione urbem offendit. Prævenerat enim a Theodoro missus modestæ religionis monachus Kenewald, accusationes scriptas deferens, et amaritudine delationis verbis immitibus, quo commotus Agatho sanctissimus papa consilium latini episcoporum quam abbatum in basilica Salvatoris, quæ appellatur Constantiana, coegit. Cujus concilii haec est forma: «Agatho sanctissimus ac beatissimus episcopus Ecclesiae catholice atque apostolice urbis Romæ consideratus secum dixit: Non credo latere vestram sanctam fraternitatem, quamobrem ad hunc venerabilem conventum eam asciverim. Cognoscere quippe

A cupio vestram reverentiam mecumque tractare, qualis in Ecclesia insula Britannæ, ubi per Dei gratiam fidelium multitudo concrevit, inoperè exorta dissensio, quæ ad nos tam per relationem hue advenientium, quam per scriptorum seriem delata est. Andreas reverendissimus Hostiensis episcopus et Joannes Portuensis episcopus dixerunt: Omnia quippe Ecclesiarum ordinatio in vestra apostolicæ auctoritatis pendet arbitrio, qui vicem beati Petri apostoli geritis, verum et nos postea considerentibus coepiscopis, et consimilis nostris, jussu vestro relegimus singula scripta, quæ de Britannia insula directi apostolico vestro conspectu detulerunt, tam ea, quæ ex persona reverendissimi archiepiscopi olim hinc illuc ab apostolica sede directi missa sunt, aliorumve relations adversus quemdam episcopum subterfugientem, ut aiunt, quam ea, quæ a Wilfrido Deo amabili sanctæ Eboracæ Ecclesiae episcopo oblata sunt; qui de sua sede ejectus a prænominato sanctissimo huc usque peruenit: in quibus cum multas quæstiones insererent, neque sanctorum canorum subtilitate convictum eum aliquibus facinoribus, et ideo non catholice dejectum reperimus, neque eum aliqua facinora perpetrasse accusatores ejus verbis propriis ostenderunt, pro quibus degradari debuisset; potius autem et modestiam hunc tenuisse cognovimus: quod non seditionis quibusdam decertationibus se immisceruit, sed de sua sede repulsus, coepiscopis suis facti merita innotescens, memoratus Deo amabilis Wilfridus episcopus huc ad sedem apostolicam accenrit. Agatho sanctissimus ac ter beatissimus episcopus Ecclesiae catholice atque apostolice urbis Romæ considerentibus dixit: Wilfridus Deo amabilis sanctæ Eboracæ Ecclesiae episcopus, quem praeforibus venerabilis secretarii nostri esse narratum est: ad nostrum secretarium juxta sua postulatione cum petitione, quam secum afferre dicitur, admittitur. Wilfridus Deo amabilis episcopus dum venerabile secretarium ingredetur, dixit: Deprecor vestram pontificalem beatitudinem, ut meæ humilitatis petitionem excipi coramque relegi præcipiat. ¶ Agatho sanctissimus episcopus dixit: Wilfridi Deo amabilis episcopi petitio suscepit coram omnibus relegatur: et accipiens Joannes notarius, relictus sancto et apostolico concilio. Wilfridus humilius et indignus episcopus Saxonie ad hoc apostolicum fastigium tanquam ad locum munitum turremque fortitudinis gressus, Deo præviante, perdixi; quod inibi normam sacrorum canonum in omnes Christi Ecclesias emanare cognosco: ex eo meæ humilitati justitiam fieri consideranter expeto: cognovisse quippe non ambigo vestrum pontificale fastigium tam ex humilitatis meæ suggestione, quam quæ viva voce præsentialiter obtulisti vestris apostolicis obtulibus. in ipso mei adventus exordio præsentatus; quod quidam mei episcopatus invasores, nulla in me convicta culpa, contra sacrorum scita canonum in conventu sanctissimi Theodori Cantuariorum

chiepiscopi et aliorum convenientium antistitutum sedem meam, quam per decem, et eo amplius annos tenueram, usurpare moliti sunt : et in meo episcopatu tres episcopi promoti sunt, licet canonica non sit eorum promotio. Quid autem acciderit, ut Theodorus sanctissimus archiepiscopus me superstite in sede in, quam licet indignus dispensabam, absque consensu cuiuslibet episcopi tres sua auctoritate mea humilitate non acquiescente ordinaret episcopos? omittere magis quam flagitare pro ejusdem viri reverentia condecet : quem quidem, eo quod ab hac apostolicæ summitatis sede directus est, accusare non audeo. Verumtamen si claruerit, quod contra jus regularium sanctionum, citra ullius delicti placulum, quod canonica percellit severitas, de pristica pulsus sede tumultuosus nulli apparui, sed tantum confamulos, et consacerdotes meos illius provinciae episcopos contestatus abscessi, siquidem prævidit vestra apostolica summitas privatum me esse humili devotione, quæ censentur, libenter amplector. Si autem et pristinum episcopatum suscipere, sequor totisque viribus veneror ab apostolica sede prolata sententiam, tantum ut invasores de pristinis parochiis ecclesiaz, cui ego indignus famulus vester præfui, pellantur. Et si rursus in eadem parochia, cui præfui, præsules adhiberi præviderit, saltem tales jubeat promovendos, cum quibus pacifica et tranquilla possim concordia, obtinente Deo, unanimiter deservire, etc. Agatho sanctissimus ac ter beatissimus episcopus sanctæ Ecclesiæ catholice atque apostolice urbis Romæ dixit : Non medioriter satisfacit audientibus petitionis series, quam Wilfridus Deo amabilis episcopus obtulit, in hoc, quod cum se indigne de episcopali sede dejectum agnovit, non contumaciter per vi nsecularem obstitit, sed humiliiter sentiens auctoris nostri beati Petri apostolorum principis canonicum expelvit subsidiun, et supplici præstolatione, quæ super eo censenda sunt se suscepturum perhibens quod ex ore nostro beatus Petrus apostolus auctor noster, cuius ministerio fungimur, præviderit statuendum. Universa sancta synodus, quæ residebat, inter cætera definiens ait : Statuimus atque decrevimus, ut Deo amabilis Wilfridus episcopus episcopatum, quem nuper habnerat, suscipiat, et quos cum consensu concilii ibidec congregandi elegerit sibi adjutores, a sanctissimo archiepiscopo ordinati promoveantur episcopi, expulsis procul eis, qui in ejus absentia in episcopatum enorriter missi sunt, et cætera, quibus interdicunt hæc non suscipientes decreta. »

His decretis gloriabundus episcopus etiam jussus papæ Jussus est residere in numero sanctorum episcoporum cl qui agitabant concilium contra illos, qui unam operationem prædicant in duabus naturis Domini nostri Jesu Christi. Hinc redditum aggressus omnium periculorum, Deo protegente, immunis patriam venit, æque licet ad regem aditu impestrato, scita apostolici sigillata prætendit. Ille cum ea

A episcopis contubernalibus suæ factionis legi fecisset, tantum a reverentia Romanæ sedis absuit, ut spoliatum suis omnibus, comitibusque in diversa deductis, beatum pontificem cuidam præfecto notabilis sævitæ viro in ergastulum trudendum committeret : credulus asserentibus, decreta illa coempta pretio, quia Romani muneribus se lenocinentur, scatabant omnis curia pruritu episcopalnis injuria, adeo ut regina chrismarium pontificis vi extortum (horresco referens) non dubitaret cum reliquiis vel collo vel vehiculo circumferre; immoto animo et vultu sacerdos ferebat omnia et inonitionibus sacris suos, qui hūs timebat, hortabatur ut fortiter ferrent, donec Dei pietas et invicta felicitas finem calamitatibus afferret. At præfectus in alios barbarus et immanis, in istum anglus et lenis, nil illi tormenti præter tenebras ingessit, non penitus ausus regiis mandatis obstrepare. Sed enim non passa est divina dignatio tenebrarum indignitate premi lumen Britanniaz, quod fax cœlica signavit, cum adhuc genitrix pondus al i absolveret; perrupit densitatem carceris lucerna superne directa, absentemque diem lux agebat æmula, repercuttis fulgor carnisicuum oculos per rimas inspectantium, et fugere coegit ad dominum ; ille quidem auditu cohorruit, sed Egfridi timore nihil præter solitum novavit, stimulavit differentem morbus uxoris, quo repente correpta hianti rictu et spinanti vomitu maritum exterruit; mox etiam majori concussa dæmonie exsanguis et elinguens cum diriguisset, exsiliit ille et pontificis pedibus assusus, non gravate obtinuit a misericordi antistite veniam; statim enim orationem dedit, aquam benedictam gutturi hiantis infudit, et mulier morbo caruit, valetudinem bonam resumpsit. Audivit hoc Egfridus nuntio præfecti dolentis et orantis, ne se immergit immolarebatur diabolo, reum in pontificis innocentis suppicio; sed nibili mutatus auferri eum ab Offritho (id enim nomen viro) ut degeneris animi homine jubet, et crudelioris audentiaz satelliti Tumber nomine tradi. » Cum crudelitate regis adolevit miraculum, nam cum eum vinculari ille jussisset, et ferox minister compedes ferreos expediret, quibus tibias sancti nodaret; semper inter ipsas coenantis manus fallax compes assiduo dilabebatur surto; nam vel angustior compes tibias grossiores circumplecti non poterat, vel catena laxior graciles tibias non contingebat. Jam vero si quando laboratae arti nihil deesset, tanta celeritate se vincula evolvabant, quanta oculi cernentium occurrere non poterant. Dedit locum improbitas religioni, solitus est sanctus, et in libera custodia tentus. » Nihil horum Egfridus curabat, sed si quando audiebat, vel suspendebat ludo, vel infamabat opprobrio. Commenabant tamen frequenter ab eo ad pontificem cum mandatis nuntii ut decretorum tenorem, quæ attulerat, ultra infirmaret, diceretque ea extorta pretio, non impetrata judicio. Id si faceret, fore ut per indulgentiam regis partem episcopatus et sua omnia reciperet : sin minus, sui foret dispendii, qui

esset auctor dissidii. Parum hæc minæ movebant animum pontificis ad consentiendum : quinimo referebat non se illum facturum pro discrimine capit, ut infamaret auctoritatem sedis apostolicæ. Quid interim regina Ermenburga totius mali fomes et incentrix ? continuabat dies ac noctes conviviis, ducebatque triumphali pompa chrismarium anti-stitis, opimis gavisa spoliis. Sed cum nocte quadam hospitata fuisset apud abbatissam Ebbæ amitam mariti, totis medullis diabolo infuso coepit aliena sapere, insana dicere. Vocibus ejus excitata abbatisca accurrit, quid morbi haberet blande interrogans : illa nihil contra (nam jam angustia valetudinis vocem præcluserat); tum Dei famula causam intelligens, auctor nepoti fuit, ut beatissimi viri redderet chrismarium: ipse suis omnibus secundum apostolica præcepta revestiretur; quod præstaret, si collateralem suam salvam vellet; si vero regia in malo perseverandum putaret animositas, quæ tulat, redderet; ipsum liberum abire sineret. Actum est, et regina tunc quidem pulchre convaluit, et post obitum mariti habitu mutato religiose de facto paenituit.

Wilfridus ergo natali solo pulsus Westsaxoniam tendebat, exceptusque ibi a quodam Berethwaldo viro nobili paucissimis omnino diebus latebram fuit. Siquidem rex Merciorum Ethelredus, cui vir ille parebat, (erat enim filius fratris ejus), acriter pernuntios denuntiavit, ut ne uno quidem die ipsum retineret, hæc in assentationem Egfridi siebant; C enjus soror Osdrida in solatium Elwini fratris occisi Egelredo nupserat, pacem inter maritum et fratrem componens. Inde monasterio jam ibi sedificato Wilfridus relictis monachis suis profugus ad Australes Saxones adhuc paganos divertit, cui inter Christianos nullus ad latendum supererat locus. Rex eorum Edelwalk [al. Edelwalcb] vocabatur, qui auditis peregrinationis causis ad auxiliandum antistitii animo concurrit. Firmissimum itaque fœdus jecit [al. icil], ut eum inimicis nec prece proderet, nec pretio distraheret; qua tutela fatus, primum regi et reginæ Christianitatem prædicavit, post etiam provincialibus, nec fuit in persuadendo difficultas: cum continuo rex baptizatus, cæteros exemplo suo ad idem animaret: deditque propriam mansio. em D episcopo, quam familiarius incolebat, vocabulo Selesey, quam ipse monachis implens ad episcopalem sedem posteris transmisit. Erat tunc Cedwalla per factionem principum a Westsaxonia expulsus, quem frequenter ad se consilii causa venientem sanctus prompte refecit, præbens ei et suis cum equitaturas tum pecunias: is dum omnibus irascitur, dum omnibus infrendit, Edelwalk regem aliquo sibi occurrentem infortunio neci dedit: idemque tota Westsaxonia potitus, ut magistrum et dominum omni provinciæ præfecit Wilfridum, nihil in tota provincia sine illius assensu faciendum arbitratus. Denique et amplissimas in Wetha insula posseßsiones dedit, et quæ ante habuerat libens

A edicto firmavit, transierunt in his anni perplures: jam Egfridus in bello Pictorum occubuerat; jam Theodorus in mortem vergebatur, qui de peccato in Wilfridum commisso sauciatus conscientiam, ipsum et Erkenwaldum episcopum evocavit Londoniam: ipsis omnia peccata confessus, illo se potissimum permoveri scrupulo dixit, quod in sanctum commisisset, passus eum contra regulas spoliari vel aperta instantia, vel occulta patientia. Et quia, inquit, hñis mihi futuro anno imminet, sicut Deo prænuntiante cognovi, et frequens ægritudo [al. ægritudo admonet.], rogo te, sanctissime pontifer, ut benignus mihi commissum indulgeas, et sedes archiepiscopatus mei subeas: quippe qui sis omnium Anglorum in Romanis legibus peritissimus; B ego, Deo donante, conabor, ut veteres offensas recenti officiorum sedulitate deleam, reges et auctoritatem et precibus amicos facturus. »

Placide ad hæc et ut virum sanctum decebat, respondit Wilfridus; sed ut archiepiscopatum siue majoris dellitione concilii suscipere, non consentit [al. consensit]: totis ergo viribus Theodorus exsurrexit, ut Wilfridus episcopatum recipere, missis legis et scriptis ad Alfridum regem Northumbriæ, qui Egfrido successerat, et sororem ejus Elfedam abbatissam de Strenelbath, ut simulatibus retropositis incunctanter charitatem ejus complectentur. Cujus studii ut servor patescat, epistolam, quam regi Merciorum Ethelredo direxit, hic ponam: « Gloriosissimo et excellentissimo regi Merciorum Theodorus Dei gratia archiepiscopus in Domino perennem salutem. Cognoscat, fili dilectissime, tua miranda sanctitas pacem me habere cum venerando episcopo Wilfrido, et ideo, charissime, te admoneo, et in Christi charitate præcipio tibi, ut ejus sanctæ devotioni, quantum vires suppetunt patrocinium, sicut semper fecisti, quandiu vivas indulgeas, quia longo tempore propriis orbatu substantiis, multum inter paganos in Domino laboravit. Et idcirco ego Theodorus humilis episcopus decrepita ætate hoc tuæ beatitudini suggero, quia apostolica hoc, sicut scis, commendat auctoritas, et vir ille sanctissimus in patientia sua possedit animam suam, et injuriam sibi irrogaturum mitis et humili, caput suum sequens medicinam expectavit, et si inveni gratiam in conspectu tuo, licet tibi pro longinquitate itineris grave videatur, oculi mei juvendam faciem tuam videant, et benedicat tibi anima mea antequam moriar. Age ergo, fili mi, taliter de illo præfato sanctissimo, sicut te deprecatus sum. Quod si patri tuo non longe de hoc seculo recessuro obedieris, multum tibi proficiet ad salutem. Vale. »

Venienti ergo ad reges cum epistolis archiepiscopi Wilfrido, salutatio impertita, indultus favor. Alfridus, qui eum quondam probe nosset, ad se sponte invitato prius cœnobium Deugstoldeim, hinc definitione concilii Eboracensem episcopatum, et Ripis monasterium liberaliter indulxit, stetit hæc amicitia

Inter eos vix annis v, quoad virosa consilia, in sini-
bus quorumdam confota, eruperunt in publicum,
quibus preventus rex Alfrithus, monasterium Ri-
pense possessionibus propriis mutilans, episcopatum
ibi constituere meditabatur, asserens decretis
Theodori archiepiscopi consentiendum non primo et
ultimo tempore prolati, sed illis quæ mediis diebus
edicta discordia agitare noscuntur, quibus infensus
Wilfridus ad regem Merciorum Ethelredum ani-
cum suum discessit; sub eo plurimo conversatus
tempore, Sexwlfso Licetfeldensi episcopo defuncto
episcopatum illum rexit, omnibus provincialibus
amandus juxta et reverendus: plurima machina-
menta rege Alfrido et Berthwaldo archiepiscopo,
qui Theodoro successerat, in Wilfridum struentibus et
deterentibus (*sic!*) Hoc tandem sedet, ut cum spe pacis
præcienta vocarent ad concilium, ibi vel blandimentis
ad libitum suum infleterent, vel, si non consenti-
ret, opprimerent, ille doli nescius, et alias ex recti-
tudine animi sui metiens, ad concilium perrexit;
sed longe aliud quam speraverat, expertus est:
siquidem cum eum conviciis et falsis objectionibus
criminum diu fatigasset, ad ultimum eum interro-
garunt, si Theodori archiepiscopi decretis obedi-
re vellet, quorum ille nequitiam persentiens, callido
responso frustratus est, dicens, se libenter illis
Theodori definitionibus obediturum, quæ sanctis
canonibus consonarent. Deinde longa disputatio-
ne in ipsos invectus, acriter et vere quod jam per xxii
annos præceptis trium apostolicorum Agathonis,
Benedicti, Sergii Increduli, Theodori archiepiscopi
Decreta per dissensionem acta diligenter, quievit,
et jam Alfrido surgebant cristæ, adeo ut archiepi-
scopo diceret: Si præcipis, Pater, opprimam eum
per violentiam, quod cum etiam inimicis displicuisse-
set, ut tanti nominis vir, et qui eorum fiducia captus
ad concilium venisset, sustineret oppressionis præ-
judicium, alio itinere gradiendum putarunt, itaque
quasi pacifice suadere adorsi sunt, ut quia frequen-
tissimæ dissensiones in Ecclesia Dei ejus causa
pullulabant, ipse voluntate sua possessionibus et epi-
scopatu cederet, et hanc renuntiationem scripto
firmaret; hoc ejus commendaret famam, hoc accu-
mularet gloriam, si privatus mallet sub quiete
degere, quam pro suo pontificatu vel per se vel per
alios procellas seditionum movere. » Sensit Pater
in his minis [*al. nimis*] implicitum negotium, et
respondit: « Nihil æque ad cunulum infamiae ho-
nori valere, quam si se sua damnaret voce. Se pri-
mum fuisse, qui verum Pascha in Northanimbria
Scotis ejectis docuerit, qui cantus ecclesiasticos
antiphonatim instituerit, qui sanctissimi Benedicti
Regulam a monachis observari jusserit, pro quibus
omnibus nunc senem et septuaginta fere annorum
pontificem hoc in munere recipere, ut cogatur se
ipsum scripto damnare. Nossent ergo se illud non
facturuin, quod esset sibi dedecus, calamitas sub-
iectis, incommodum cunctis; quin potius sedem
apostolicam appellare, et si qui corum ecclesiasticum

A conflictum præsumeret eo provocare. Jam ergo
septuagenarius iterum labores, iterum Romanum me
ditabatur, nec diu moratus mare transiit, viamque
permensus urbem introiit, sustinuitque aliquantis
diebus accusatores dum venirent; qui, cum venis-
sent, illi causam suam epistolis, ipse quod ad se at-
tinebat, hoc allegavit modo:

« Domino beatissimo universalis papæ JOANNI
WILFRIDUS supplex et humilis servus servorum Dei
episcopus.

« Cognoscat sanctitas vestra, quod perturbatio-
nibus nuper in Britannia ortis ex parte eorum, qui
contra decreta beatissimi Agathonis papæ illiusque
successorum venerabilium Patrum sibimet episco-
patum et monasteria terrasque cum omnibus facul-
tatibus meis usurpabant, compulsus hanc sacrosan-
ctam apostolicam sedem appellavi, contestans eos
per omnipotentem Dominum et beatum Petrum apo-
stolum, ut si quis aliquam accusationem contra me
haberet, ad vestram præsentiam veniret, sicut beatis-
simi Sergii prædecessoris vestri scripta decerne-
bant: et ideo petitionem humilitatis meæ gloriose
præsentiae vestre offrendam curavi, ut vos largiflua
pietatis benevolentia confirmare dignemini, quæ a
beatissimis antecessoribus vestris erga meam par-
vitatem decreta sunt; et si quis contra me accusa-
tor advenierit, per vestram iussionem productus in
medium, quod voluerit objiciat: et si quidlibet vel
minimum objectum non probabiliter cassavero, pa-
ratus sum severitatein canonum experiri. Deinde
rogò, ut litteras commendatorias de vestra celsitu-
dine ad Ethelredum regem Merciorum adipiscar, ut
omnia monasteria mea, quæ in ejus sunt provincia
quietem habeant; ad Alfridum [*al. Alfrithum*] re-
gem Northanimbrorum epistolam habeam, ut omnia
mea mihi reddat. Quod si forte sibi grave videbitur,
ut episcopatum Eboracensem habeam, prævideat
apostolica sedes, quis ibi habeatur episcopus: ego
tamen monasteria duo in ea provincia posita Ripis
et Hagustaldeæ, quæ fundavi, non amittam. In
fine quoque spondeo me omnibus decretis Berthwaldi
[*al. Berthwaldi*] archiepiscopi parituruin, quæ contra
prædecessorum vestrorum fundatissima decreta erga
meam parvitatem non fuerint. His cum accusato-
res D a Berthwaldo archiepiscopo missi respondere jussi
essent, hoc primum dixerunt: Esse crimen capitale,
quod in concilio in Britannia congregato decretis
Berthwaldi archiepiscopi se non obediturum Wilfri-
dus contumaciter dixisset. De hoc stans in medio
pontifex se expurgavit, ut diceret: Se sic non in-
definitè respondisse, sed his tantummodo paritu-
rum, quæ contra canonum decreta non essent: esse
autem contra regulas, ut ipse se sine ullo criminis
objectu adjudicaret. »

Hæc tam probabilis et facilis responsio cum lœtum
plausum Romanis excitasset, jussi sunt accusato-
res domini redire, dicentibus episcopis, quod quam-
vis canonibus cautum esset, ut accusator primo
accusationis capitulo decidens, ulterius ad aliorum

tentamentum non assureret, se tamen pro revere-
rentia Brithwaldi archiepiscopi non defuturos, quin
omnia per ordinem discuterent, factumque est ut
quatuor mensibus, LXX conciliabula coacta vel
propter hoc solum vel hoc præcipuum finem glorio-
sum Wilfrido, ignominiosum accusatoribus habue-
rint, Romanis maxima impensa mirantibus illorum
impudentiam, illius eloquentiam, dum quidquid ac-
cusationum objecissent, ille nullo excogitato res-
ponso, sed Dei et veritatis fultus auxilio, quasi casses
aranearum primo motu labiorum discuteret et sub-
rueret, hoc pronius episcopi mirabantur causidicorum
audaciam, quomodo ecclesiasticorum graduuin
lmmunes (nisi quod unus eorum diaconus esset)
præsumerent accusare venerandnm senem LXX an-
norum pontificem, torrentem eloquentiae; inter se
ergo multum diuque Græcizantes, tandem ad nostra
verba conversi damnarunt missos dignos carcere,
missorem arguerunt stultitiae, Wilfridum pronun-
tiarunt exsortem ab omni criminе.

Hic subjecerem quantum emolumenti causæ il-
lius attulerit synodus Agathonis papæ lecta, sed et
illud, quod in Meldis civitate Franciæ ab oriente
Parisii posita cum domum rediret infirmitate pres-
sus, visione sanatus sit angelica; nisi Beda venera-
bilis historicus dignus pro sermonum sobrietate cui
debeat credi, narrationem prævertisset. Nos ab ipso
omissa Scripturæ perstrictè inserimus. Quamvis
igitur antistes rem obtinuisse, ambiebat tamen
Romæ remanere, sénilem spiritum sub dominorum
apostolicorum pedibus effusurus. Restitit pio voto
pontificis Joannis ratio, qua diceret eum Angliæ
necessarium, ideoque jussit, ut quod supererat ævi
non in peregrinis auris consumeret, sed patriæ
commodis impenderet. Redit igitur et apostolicas
epistolas regi Merciorum jam monacho Ethelredo
attulit, humiliter illi et genu flexo dignationem sa-
lutationis apostolicæ suscepit, et perfectis chartis,
quod tenor earum jubebat a Kentredo filio fratri
Wilsarii, quem sibi regem suffecerat, compleri non
gravate obtinuit. Erat enim et ille timore Dei plenus,
sicut post quadriennium voluntaria regni abrenun-
tiatione mundo probatum est, nec segnitus Brith-
waldus archiepiscopus pacem non aspernante am-
biens in unanimitatē fraternæ concordiae occurrit.
Exterritum minis apostolicæ sedis aiunt, legatis
damnationem suam gravibus querimoniis aggeren-
tibus, quamvis Wilfridus eos jam adjudicatos ex-
emisset. Solus Alfrithus rex Northanimbrorum ob-
stinatioris animi sententiam [al. semitam] terens,
pervicaciam tenuit. Nuntiis enim ad se ex parte
Wilfridi directis, serenum primo responsu retulit,
sed depravatus (ut creditur) malevolorum consiliis,
quibus extra suam dignitatem nimis indulgebat,
redeuntes ad se die condicto tali sententia contri-
stavit: sc quidein legatorum personis, quod essent
et vita graves et aspectu honorabiles, honorem ut
parentibus deferre, ceterum assensum legationi om-
nino abnuere, quod esset contra rationem homini-

A jam bis a toto Anglorum concilio damnata propter
qualibet apostolica scripta communicare. Sed ipse
multo post in vita moratus est tempore. Sta-
tim enim illis abeuntibus acerba correptus vale-
dine ad mortem exercebatur, amaritudo tormenta
rationem olim in animo regali sopitam elicit, et
secundum prophetam: « Vexatio dedit intellectum
auditui (Isa. xxviii). » Intelligens enim se meritis
in obedientia plexum, promisit omnem emendationem
facti Wilfrido exhibitorum. Si sibi viventi ad-
duci potuisset, nec cessavit quantum ante predi-
cam vocem loqui potuit, idem promittere, et si ipse
voti effectu careret, hæredem suum ut ficeret ad-
jurare; et ille quidem mature defunctus apostolicas
litteras se sprevisse sero indoluit, quarum minas
effugere non meruit, quas quia crebro commemo-
ravi, hic abbreviatas ponere fert animus, ut palam
sit quanta miseria involvat mortales, quod illi viri,
quos sanctissimos celebrat antiquitas, Theodorus,
Bertwaldus, Joannes, Bosa, nec non et Hilda abba-
tissa digladiabili odio impetierint Wilfridum Deo,
ut ex ante dictis probatur, acceptissimum.

« Dominis eminentissimis ETHELREDO regi Mer-
ciorum, et ALFRIDO regi Deirorum et Berniciorum,
JOANNES papa.

« De vestrae quidem religionis accessibus gratia
Dei cooperante gaudemus, servorem fidei clementes
in vobis, quam ex prædicatione principis apostolorum
Deo vestros animos illuminante percipitis,
et efficaciter tenetis, et utinam gaudium nostrum
meliorum excessus amplificet, inextincibilis vero
quorumdam dissentio nostros animos afficit quam
oportet corrigi, ne apostolicorum præceptorum præ-
varicatores sed custodes esse inveniamini! Dudem
enim sub apostolicæ memorie Agathone papa, cum
Wilfridus episcopus, pro sua causa sedem base
appellasset, et accusatores a Theodoro sancte Cantuariorum Ecclesiæ archiepiscopo hic illuc man-
dato, et ab Hilda religiosis memoria abatis missi
venissent, episcopi tunc hic de diversis partibus
congregati rem regulariter quæsierunt, et delin-
erunt, eamdemque sententiam successores ejusda
pontificis prædecessores nostri tenuerunt, sed neque
Theodorus archiepiscopus obviasse cognoscitur,

D qui nunquam postmodum aliquam hue accusatio-
nem demandavit: nunc quoque eorum accusatio-
nes, qui contra Wilfridum episcopum hic de Bri-
tannia advenerunt, et ejus excusationes apud con-
ventum reverendissimorum episcoporum, qui hic
inventi sunt per dies aliquot fieri procuravimus,
tam de epistolis anterioribus et modernis, quamque
verbaliter partes detulerunt, dum principales per-
sonæ, de quibus contentio omnis exorta est, bienon
adfuerint: quas necesse est, ut contentio suam
accipiat, advenire. Idcirco commonemus Bertwal-
dum archiepiscopum fratrem nostrum ut synodum
convocet una cum Wilfrido episcopo, et Bosam
atque Joannem in synodum faciat convenire, voca-
que partium audiat, et consideret quid sibi invicem

partes valeant approbare; et siquidem apud illam synodus potuerit rem determinare, gratiani erit nobis. Sin autem moneat eos ad sedem apostolicam accurrere, ut majori concilio decidatur, quod hactenus terminari non potuit. Sciat autem quod quicunque venire contempserit, se ipsum dejectioni submittit, nec hic nec ibi pro episcopo amplius suscipiendus. Vestra proinde regalis sublimitas faciat concursum, ut ea quæ, Christo aspirante, perspeximus, perveniant ad effectum, quicunque autem cuiuslibet personæ audaci temeritate contempserit, non erit a Dœo impunitus, neque sine damno cœlitus alligatus evadet. »

Defuncto ergo Alfrido, Edulfus quidam tyrannidem meditatus furorem quoque malesanæ mentis in Wilfridum evomuit, quasi in vecordiam Alfridi, iuratus esset. Cum enim eum pontifex quondam recordatus amicum esse, non inconsultum æstimaret adire, adeo stultus effebuit, ut eum continuo de regno suo exire juberet, ni omnibus suis expoliatus cum dedecore ejici vellet. Sed enim post duos menses vita et regno privatus captivo diadematæ moribundus humum pulsavit, proceribus regni filium Alfredi, Osredum solo restituentibus, quorum qui maximus fide et auctoritate Berthfridus submonitus a Berthwaldo archiepiscopo concilium in Northumbria fieri consensit, ut tandem justa Wilfredi causa placabilem terminum acciperet, ibi ex præceptis apostolicis data est optio episcopis, ut aut Wilfrido in sua episcopatus sede cederent, aut Romanam pro sua defensanda causa pergerent, qui his resultandum putaret exors a communione fieret. Episcopis suo more obnitentibus, beatissima virgo Efleda, soror Alfridi, abbatissa post Hildam de Strene-shalh, terminum negotio fixit, dicens: « Dismissis ambagibus testamentum fratris mei, cui præsens interfui, profero: quod si convalesceret jussa se apostolicæ sedis incunctanter facturum promisisse, vel quod morte interveniente facere nequiret, hæredi suo faciendum transmisisse cognoscitur. » Tum Berfridus [al. Bersfrithus] verbis virginis conglutinans sua: « Ego jussionibus papæ obediendum censeo, inquit, præsertim cum eorum robori accedat et regis nostri jussio et nostræ necessitatis sponsio; namque dum nos post mortem ejus inimicis urgentibus in Bebbaburh inclusi essemus, in obsessionis angusto, in vita periculo, vovimus Deo impleturos nos jussionem papæ, si potuissemus evadere. Vix votum finieramus, et fateor, sacratissime archipræsul, statim certant obsequela, omnis in nostrum assensum accurrit provincia. Puer regius in regem levatus, hostis abactus, tyrannus extinctus. Est igitur regiae voluntatis, ut episcopus Wilfridus revestiaretur. » His dictis emotæ dissensionum nebulae, serenitas pacis infusa, cucurrit episcopalis gravitas in amplexum, et concordibus animis quantum superfuit ævi exegit. Dismissis Wilfrido duobus cœnobitis, Ripis et Hengesteldein; ille inconcussa pace potitus post ivreditus annos, ut Michael archangelus prædixerat,

A tentatus /est eadem inscrutitate qua quondam in Meldis, tam valide, ut subito sensu et voce careret. Sed suis ad eum orantibus ut saltem ad divisionem rerum suarum loquela mereretur, resumpsit ingenue, ut et loqueretur continuo, et post dies salutis vigore refuso cuncta loca sua obiret [al. ambiret], tum pro frequentibus morbis vicinae mortis non dubius, quidquid ante in aliquibus bonis tepidius fecisse videbatur, supplevit: præpositos omnibus cœnobii ordinavit, gazas in quatuor divisit, unam et eam optimam portionem Rothanæ dandam Ecclesiæ, cuius auctoritate cunctis semper injuriis exemptus, et honoribus restitutus fuerit: quod et per se implere quamvis annis gravis meditaretur nisi ferrea quies cogitantem anticiparet; secundam pauperibus, tertiam cœnobiorum præpositis delegavit, qua potentiorum amicitiam redimerent, qua contrariorum impetum refringerent; quartam illis qui laborum suorum individui comites, nec dum terras quibus se sustentarent, acceperant. Sic accepta licentia a Ripensibus, quos præcipuo semper amore coluerat, et cæteris Northanimbris ad colloquium Celredi regis Merciorum, quo invitabatur, simul ut et monasteriorum suorum quæ in illa regione plurima per indulgentiam regum instituerat, quietem procuraret, profectus est. Ibi ergo cunctis circuitis et auctis, exacto anno et semis postquam secundo proximi obitus funeralis admonitus, apud Inundalum languore irruente agitatus, extremum diem sibi sensit adesse; paucisque, quantum vires suppeditabant, allocutus filios sacramque benedictionem impertiens, omnis ut videbatur expers angeris finem initivit, recensito jam a monachis Psalterio usque ad illum versum: « Emitte Spiritum tuum et creabuntur, » etc., excessit anno ætatis LXXVI, XLVI episcopatus; vir pro justitiae merito multis jactatus periculis, quique in ipsis exsiliis non otio deditus, sed cœnobis et episcopatibus fundandis industrius esset: egregie factus ad promerendam gratiam principum, apud quos exsularet, idemque pro rigore justitiae compatriotis regibus odiosus: reliquit cœnobia quo nullus, quæ solus aggregaverat, multis dividens hæredibus, corpus ejus in Ripis portatum, et multa reverentia conditum: ea qua D efflavit hora cantus suavis avium et plausus alarum in cœlum revolantium auditus nec visus. Id cum sæpe in illa funeris pompa fieret, periti qui aderant, voluerunt intelligi, quod esset angelorum concio, quæ ad defunctum venisset expromissio. Lavacro vestis, super quain corpus jacuerat, tacta paralytica soliditatem recepit artuum. Ædem, in qua obierat, cum quidam incendere fuissent ingressi, ignis expavit; quin et visus juvenis speciosus, qui flammarum subinoveret. Plures post annos Ripis cœnobia destructio, Cantiam delatus Wilfridus inter præciuos habetur, inter primicerios honoratur. Verumtamen ut ad recensionem episcoporum, quasi post diurnam digressionem, in callem regrediar: expulso primitus, ut dictum est, Wilfrido, qui totius

Northanimbrorum regionis erat episcopus, duo pro eo constituti sunt : in Eboraco Bosa, in Haugustal Eta.

Defunctoque Eta, Joannes ordinatus pro eo, tempore vero Alfridi regis rediit in episcopatum totum Wilfridus v annis, expulsis Joanne de Haugustal o, et Bosa Eboraco. Post v annos Wilfrido iterum ab Alfrido expulso, illi sedibus suis restituti sunt. Defuncto vero Alfrido, Wilfridus in concordiam receptus sedem apud Haugustaldum habuit, Joanne in Eboracum migrante, quia jam Bosa defunctus erat. Joannes vir eximiarum virtutum notissimum praedicatorem habet Bedam in gestis Anglorum. Sed nec modo minor est laudibus suis, nec adhuc defunctus miraculis, celeberrimum illud habetur quod habitatores Beverlep, quo loci jacet, pro spectaculo soleant exhibere, « Tauri ferocissimi, qui nodosissimis vinculis astricti magno virorum fortium sudore adducuntur, statim ut cœmeterium ingressi fuerint, ita omni feritate sopita conquiescant, ut oves simplicitate putent. Laxatis ergo nodis dimittuntur, per atrium proludere, qui ante quidquid obstabat, solebant cornibus et pedibus impetrere. »

Ei successit in Eboraco Wilfridus presbyter suus, qui transcendit tempora Bedæ, nam eum illo anno quoq' obiit fuisse in Eboraco episcopo asseverat, quo cœta lis inextricabilis inter Cantuarienses et Eboracenses versatur : quod dicant Cantuarienses se Wilfridum seniorem babere, contra Eboracenses contendant hunc minorem ab archiepiscopo Odone Cantiam translatum.

Hoc defuncto emicuit in pontificali speculo Egbertus frater Egberti ejusdem provincie regis. Is et sua prudentia, et germani potentia sedem illam in genuinum statum reformati, namque, quod cuivis gesta legenti Anglorum in promptu est, Paulinus ejusdem primus antistes vi hostilitatis loco pulsus, et apud Rovecestriam diem obiens, ibidem illud insigne pallii quod ab Honorio papa suscepserat reliquit. Cæteri post eum tante urbis præsules simplici episcopi vocabulo contenti nibil altius anhelarunt. At vero Egbertus inthronizatus animosioris ingenii homo cogitans : « Quod sicut superbum est, si appetas indebita, ita ignavum si negligas debita, » pallium raulta throni apostolici appellatione reparavit. Hic omnium liberalium artium armarium, ut ita dicam, D fuit, et nobilissimam bibliothecam Eboraci constituit. Cujus rei testem idoneum advoco Alcuinum, qui dixit in epistola ad Carolum Augustum : « Date mihi exquisitiores eruditio[n]is scholasticæ libellos, quales in patria habui, per bonam et devotissimam magistri mei Egberti archiepiscopi industria[m]. Et, si placet excellentiæ vestrae, remittam aliquos ex pueris nostris, qui excipiunt inde queque necessaria, et revehant in Franciam flores Britanniæ. » Sepultus est cum fratre suo in una [al. ima] porticu apud Eboracum, post xxxvi annos episcopatus.

Illijs successor senex substitutus est Eanbaldu[s], prefati Alcuini discipulus industrius : unde in epistola ad eundem dixit : « Laus et gloria Deo, qui

A dies meos in prosperitate bona conservavit, ut in exaltatione filii mei charissimi gauderem qui labaret vice mea in ecclesia ubi ego nutritus et eruditus fueram, præcesset thesauris sapientia, in quibus me magister meus dilectus archiepiscopus Egbertus reliquit bæredem. » Ipse est Eanbalda, qui cum Aethelardo archiepiscopo Cantuariensi mutuis probitatis officiis invasionem, quam Offa rex Merciorum super Cantuariensem ecclesiam fecerat, ad nihilum redigit, quod Alcuinus significare videtur, in epistola ad eundem Aethelardum ita dicens : « Audiens salutem et prosperitatem vestram et conventum cum Eboracensi episcopo filio meo Eanbaldo satis mihi placuit, speranti ex vestra colloquio sanctitatis unitalem sanctæ Ecclesie recompaginari, quæ partim discissa est, non rationabili consideratione, sed quadam potestatis cupiditate. » Post eum hi fuerunt archiepiscopi : Wilfridus, Wimundus, Wlfere, Ethelbald, Rodewald, Wistanus. Illic tempore regis Eadmundi fratris Ethelstani pertinacioribus studiis iram ejusemeritus, quod Danis contra eum rebellantibus sacerdotem, ita quietum et benignum excitavit animum, ut eum in vincula conjiceret. Sed non multo post actus pernitudine, et respectu cleralis reverentiae indemnum abire permisit : quamvis ille sibi datum veniam dignatus, vitam e vestigio exiit [al. exierit.]

Post eum Oskitel gradum accipiens honoris, floriuit temporibus Edredi, et Edwii, et Edgari regum, habuitque successores, Oswaldum, Edulfum, Wistanum. Qui omnes episcopi etiam Wigornienses fuere hac de causa : Oswaldus non exili progenie oriundus, utpote Odonis archiepiscopi nepos, apud Floriacum in Gallia alteratus est in monachum familiariter per id tempus Anglis consuetudine ; ut si qui boni afflati essent desiderio in beatissimi Benedicti monasterio cœnobiale susciperent habitum, a quo religionis hujuscemodi manavit exordium. In hoc ergo loco juventutis fregit lubricum, multis annis religioni et litteris serviendo. Et licet ab archiepiscopo invitaretur, crebris restitit epistolis, prætendens causam novitatis in ueste, teneritudinis in religione, nec nisi tarde venit, nuntio ægri jam discubentis avunculi percussus. Jam ergo Dofris appulsus, ut defunctum audivit, minimum abiit, quin statim Floriacum rediret, sed admonitu sciorum necessitudines parentum non negligendas, post justa sancto archiepiscopo soluta, ad archiepiscopum Eboracensem Oskitellum, quem proximo consanguinitatis gradu attingebat, venit; ejus dulcedine captus, non paucis annis religione et contubernio ejus fructus [al. fructus] est. Interea Dunstanus Wigorniensis et Londoniensis episcopatus decedens, Cantiam transit, qui sanctitatis et efficacie Oswaldi non nesciens, Wigorniensem episcopatum ipsi a rege impetravit. Ille paulatim considerans in clericorum ibi consistentium animis boni materiam inesse, si quis eam bortando animare et effigiare nosset, non eos turbulentे repulit, sed

sanctissima circumvenit arte. Nam quod sedes A episcopalis Sancti Petri famulabatur honori, alteram in eodem cœmeterio, in genitricis Dei nomine fecit ecclesiam, ubi dum monachos posuisset libentius cum eis conversari, familiarius devina officia exercere. Quod videns populus, qui benedictionibus tam religiosi episcopi carere nefas immane duceret, omnis eo accurrere. Ita clerici in medio relieti, maluerunt monachorum vestem suscipere, quam sibi dispendio, plebi ludibrio esse. Ex eo tempore dedit locum janitrici cœli [al. genitrici Dei] claviger paradisi pulchro inter cœlicolas commercio, zelo bono, hujuscemodi rumoris aura multam Oswaldo amicitiam apud regem conflavit et proceres. Rex consilio Dunstani vacuatum episcopo Eboracum viro implevit, qui barbariem gentis moderari pro antiquo convictu probe nosset. Nec tamen Wigorniensi sedi renunciare permisus est, ne monachorum recens habitatio altoris sui destitueretur fomento, optimates submissi viro esse, certatim possessiones ad monasteria, que non exstabant, fundanda, ad ea que deciderant, sublevanda offerre. De quibus, cum se locus obtulerit, quantum competere videbitur, dicam. Præterea litteris excellentes viros in Angliam evocatos munificenter curare ne illo bono fraudaret patriam, sine quo cætera bona pene mibi videntur inania quorum unus fuit Abbo, Floriacensis monachus, qui multam scientiæ frugem Angliæ invexit, qui passionem Edmundi martyris, jubente Dunstano archiepiscopo, plenitudini litterarum adjecit. Is domum reversus postea, et ibidem abbas constitutus, severitati religionis sedulus exstitit : quem morem cum in cella quadam cœnobii Floriacensis, que in Wasconia posita hodieque ad regulam dicitur, exercere contuleret, non tulit Wasconia, sed lancea exanimatum superis transmisere. At Oswaldus multis annis utrique sufficiens episcopatui, magis ad Wigorniam ventitabat : supervixit quinque annis Dunstano, decem Ethelwaldo : tantamque sui admirationem Angliæ præbuit, ut solus eos exhibere videatur, auctoritate illum, efficacia istum, ambos sanctimonia. Pridie quam excederet, Wigorniæ pro soribus astans, diu suspexit cœlum lætabiliter illacrymatus. Percunctantibus qui aderant, quid ita irreverberato lumine aspectaret, respondit : « Sinite me, fratres respicere quo intendo pergere : velox est depositio corporis mei et tempus resolutionis meæ instat. » Mirati sunt illi, quod nec ante aliquam suspicionem ægrotantis dedisset, sed largiori cura corporis indulsisset. Sed, postero die, cum pro more lotis pauperum pedibus diceret hymnum : *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto*; in ipsa genuflexione vitali spiritu privatus est. Tunc in ecclesia Beatae Mariæ sepultus, post duodecim annos signis divinitus ostensis a terra elatus est. Quid sane miraculi sit, quod toto corpore in pulverem assumpto, stola sacerdotalis, qua fuerat amictus

B corruptæ usque ad hunc diem damnum non sentiat, Domini reservetur examini? Successit ei in utraque sede Aldulphus ex abbate Burchensi, sanctus, ut perhibent, vir et reverendus. Ipsi pro sanctitate ignoscitur, quod contra regulas canonum duas sedes tenuerit, quod scilicet non hoc ambitione, sed necessitate fecerit : Wistano non ita, qui sanctitate discrepabat et habitu. Jacet Aldulphus Wigorniæ, etiam Floriacensi monasterio pro copia xeniorum, quibus Oswaldi munificentiam æmulari sategit, prædicandus.

Post Wistananum sedem Eboracensem Elfricus, Wigorniensem Lessius. Elfricus tempore Cnuti et Hardacunti fuit, habeturque in hoc detestabilis, quod Hardecnutus ejus consilio fratris sui Haroldi cadavere defosso caput truncari, et infami mortali exemplo in Tamensem projici jussit. Quin et Wigorniensibus pro repulsa episcopatus insensus, auctor Hardecnuto fuit, ut quod illi pertinacius exæctoribus regiorum vectigalium obstiterant, urbem incenderet, fortunas civium abraderet.

C Elfrico Kinsius. Illi quoque Adredus suffectus est, ante ex monacho Wintoniensi Wigorniensis episcopus; qui simplicitati Edwardi illudens, moremque antecessorum magis pecunia quam ratione allegans, archiepiscopatum Eboracensem non intermissa priori sede suscepit. Dispositoque apud regem consilio Romam pertendit comitatus duobus electis episcopis, Gisone Wellensi, et Waltero Herefordensi, nec non et Tostino comite Northambrorum. Comitem Nicolaus papa gratijs suscepit, et eum in synodo, quam contra Simoniacos coegerat, sibi a latere assidere fecit. Gisone et Walterum voti compotes reddidit, qui essent non usquequacontemnenda scientiæ, et nullius notati ignominia Simonie. Aldredum suapte responsione culpabilem utrobique repertum, omni honore severus expoliavit. Ita differenti effectu cum regredierentur, una pariter ærumna omnes involvit : nam prædonibus irruentibus, præter simplices vestes expoliatis omnibus, ad numinum [al. minimum] valens, corporibus tamen illæsis, Romanum refugere. Ilæc calamitas peperit Aldredo recuperandorum occasionem honorum. Tostinus quoque gravibus verborum contumeliis apostolicum aggressus in sententiam sibi placitam reduxit, parvum metuendam a longinquis gentibus ejus excommunicationem, quam propinquai latrunculi deriderent, in supplices enim furere, in rebelles parum valere, aut sua sibi per ejus auctoritatem reddenda, quæ per ejus fraudulentiam constaret amissa : futurum ut hæc rex Anglorum audiens tributum sancti Petri merito Nicolao subtraheret, se non defuturum rerum veritati exaggerendæ. Hoc minarum fulmine Romani terru papam flexerunt, ut Aldredo archiepiscopatum redderet et pallium : esse impium si et inglorius, et vastatus repatriaret, fecit ille, quod monebat ratio, hac moderationis libra adjecta, ut Wigornensi sedi proprius antistes accederet, abi-

D

erunt ergo domum incolumes magna et diffusa omnes apostolici liberalitate de domino priori consolati. Consecuti sunt abeuntes Romanorum legati, qui sanctissimum Wistanum, per consensum Aldredi Wigorniae ordinarent episcopum. Nec enim a Stigando tunc Cantuariensi nomine tenus archiepiscopo, quisquam bonus pontificale munus susciperet, qui non per ostium in ovile oviū intrasset; qui quamvis sepe a sede vocaretur apostolica, tamen nunc dilationibus, nunc munieribus eludebat omnia, donec veniret rex Willielmus, quem nulla corrumperet posset tergiversationis astutia. Is Stigandum palam notabilem reddidit, nolens ab eo saeramentum regiae benedictionis suscipere: exhortatus Aldredus consecrationem egit, exactio prius coram omni populo jurejurando, quod se modeste erga subjectos ageret, et aequo jure Anglos quo Francos, tractaret. Itaque illum quandiu erga suos temperiem habuerit, dilexit ut prolem, veneratus est ut regem. Sed cum importabilis tributi pensum a provincialibus exigeret, convenit eum per legatos autistes; quos aegre admissos cum turbulentio responso abegisset, non moratus ille maledictionis telum in illum et omnem ejus vibrabat progeniem, præfatus, posse se maledictionem dare merito, qui benedictionem dedisset immorito. Quod cum relatum esset regi amicorum admonitione delinitus misit, qui episcopum exarant. Verumtamen prævenerat nuntios mors anti-stitis, qui ex aegritudine animi (ut plerumque fit) contracto morbo decubuerat, et obierat. Libertas animi eius in uno verbo enituit præclare, quod Anglice apponam, quod Latina verba non sicut Anglica concinnanti [al. concinnitat] respondent.

Ursus erat vicecomes Wigorniae a rege constitutus, qui in ipsis pene fauibus monachorum castellum construxit, adeo ut fossatum coemeterii partem decideret. Querela ad archiepiscopum, qui tutor esset episcopatus delata est: ille cum vidisset, Ursum his verbis adorsus est. *Hatest thou Urse, have thou gods curse: eleganter in his verbis, sed dure nominum euphonias alludens: »Vocaris, inquit, Ursus: habeas Dei maledictionem,» et (quod Anglice non apposui) «meam, et omnium consecratorum capitum, nisi castellum hinc amoveris. Et scias profecto quod progenies tua non diu de terra Sancte Mariae hereditabitur.» Dixit ille implenda, quæ nos videmus impleta. Siquidem non multis annis filius ejus Rogerius paternarum possessionum compos, gravi regis Henrici indignatione pulsus est, quod quendam ex ministris regis præcipiti furore jussisset interimi. Aldredo defuncto, et in Eboraco sepulto, clades illa, quam prædixi, secuta est e vestigio, jussu Willielmi regis inflictæ. Et tunc quidem omnis nobilitas popularis emarcuit falce belli demessa. Nam jam olim tempore Danorum monasteria per totam provinciam vice siderum micantia pessum ierant. Stant adhuc semiruti parietes, qui sint non delegationi oculo, sed tristitia monumento. Ibi fuit olim apud Wiremuth monasterium, Bedæ et multo-*

A rum literatorum virorum nobile gymnasium. Li Strenciballu sanctorum virginum choro, beatorum antistitium, et egregiorum regum mausoleis insigne, quod nunc Witebi dictum, semisepitos cineres in vitam quorumdam industria salagente suscitare: inventaque sunt noviter, et in eminentiam eius sanctorum corpora Trumwini episcopi, Oswili regis, et Elfredæ filie ejus, quæ eidem monasteriopat Hildam præfuit, nec non et illius monachi, quem divino munere scientiam cautos accepisse Beda refert. Cujus non satis apud Deum populare meritam, miracula modo multa, ut ferunt, superne demissa prætendunt indicium, unde necessario illius provinciæ monasteria non evolvo, quod vetusta omnia diruta, vel si nova, adhuc ignota quamvis hoc opere non omnia per Angliam enumeranda suscepimus, nisi quæ sint pro indigenarum sanctorum corporibus majoris famæ, altioris gloriæ. Huc accedit, quod quædam nostræ notitiae occulit memorie restas, quædam constructionis novitas: ista provinciæ longinquitas, illa sanctorum in eis requiescentium pro miraculorum raritate obscuritas; quibus omnibus etsi ex necessitate styli nostri deest officium parum tamen nostrum suspirabunt silentium, cum fuerint olim vel Dei voluntate vel sua industria propalata. Interea dum diversamur in hac provincia, successit animo episcoporum Haugustaldensem, et ad Candidam Casam, quod Anglice Witerne dicitur, non reticere nomina, quia enim quondam archiepiscopatu Eboracensi subjecti, ad tempus non excurrerunt nostrum, recte in referendo proprium non occupant locum, furtim ergo se archiepiscopis immisceant, ut eorum conturnbernio sociati commemoratione non careant. Haugustaldehem vocatur locus quinquaginta ab Eboraco miliaribus disparatus, fisco regio famulabatur, quando cum beatæ memoriae Wilfridus a beatissima Etheldridha regina pro aliis possessionibus consumutavit. Ibi aedificia minaci altitudine murorum erecta, et diversis anfractibus per cochlearum circumducta, mirabile quantum expolivit, arbitratu quidem multa proprio, sed et cœmentiorum, quos et Roma spes munificentia attraxerat, magisterio. Ferebaturque tunc in populo celebre, scriptisque etiam est indutum, nusquam citra Alpes tale esse aedificium: nunc qui Roma veniunt idem allegant, ut, qui Haugustaldensem fabricam vident, ambitionem Romanam se imaginari jurent; adeo tot temporam et bellorum injuriæ venustatem aedificiis non tollere.

Primus ibi fuit Wilfridus episcopus, quo violenter ejecto, subrogati sunt, Esta, Tumbert, Joannes.

At vero, Wilfrido reverso, et post receptionem sedis defuncto successit Acca, vir in primis industrius et sanctus, Ultrarumque rerum astipulator est idoneus Beda, cuius instinctu et favore multa, et notum est, elaboravit volumina: verumtamen non prosperiore fortuna usum, quam magistrum ex chronicis accepi, pulsumque post obitum Beati triennio a sede sua, incertum an regressum.

Acce^s Fredebert. Ei Tilbert. Ipsi quoque Et helbreth successit, ad hunc et congregationem ejus est epistola Alcuini, in qua inter cætera dicit : O nobilissima progenies sanctorum Patrum, illorum honoris, venerabilisque vita^e successores, et pulcherrimorum habitatores locorum, vestrorum sequimini vestigia Patrum, ut de his pulcherrimis habitationibus ad horum, qui nos genuerunt, æternæ beatitudinis consortium pervenire

A mereamini. Post Ethelbrethum tres tantum episcopi Haugustaldenses fuere : Herdred, Eambertus, Thiffridius. Exercitus enim Danorum, qui jam tempore Alcuini metuebatur, ut alias diximus et dicemus, veniens, habitatoribus extinctis veleffugatis, habitaculorum tecta succedit, et secreta cœlo exposuit. Nunc est Haugustaldem villa archiepiscopi Eboraensis.

DE EPISCOPIS CANDIDÆ CASÆ.

Candida Casa vocatur locus in extremis Angliae juxta Scotiam finibus, ubi beatus confessor Nima requiescit, natione Britto, qui primus ibidem Christi prædicationem evangelizavit. Nomen loco ex opere inuiditum, quod ecclesiam ibi ex lapide polito Britonibus miraculum fecerit. Sanctum hunc Nimam præclarum virtutibus experta est antiquitas. Scribit Alcuinus in epistola ad fratres ejusdem loci dicens : « Deprecor vestræ pietatis unanimitatem ut nostri nominis habeatis memoriam in ecclesia sanctissimi Patris vestri Nime episcopi, qui multis claruit virtutibus, sicut mihi nuper delatum est per carmina metricæ artis, quæ nobis per fidèles nostros discipulos Eboraensis ecclesiæ scholasticos directa sunt, in quibus et facientis cognovi eruditionem, et scientis miracula sanctitatem. »

Ibi sub extremo Bedæ tempore primus factus est episcopus Pethelinus, qui multo ante tempore Westsaxoniae commoratus sanctissimi Aldelmi discipulatni interesse meruerat : eum subsecuti sunt. Fretewald, Peccwine, Ethelbrith, Bealdulf, nec prieterea plures alicubi reperio, quo^j cito defecerit episcopatus, qui extrema Anglorum in ora est, et Scotorum vel Pictorum depopulationi opportuna. His igitur, quæ prætermittere consilium non era, cursus, ad Eboraum regredietur oratio.

Anno ab incarnatione Domini 1070, Thomas canonicus Bajocensis a Willielmo rege archiepiscopus Ebora datus est, permanensque in honore xxx annis omni vita integer, et cui nihil vel in gestis, vel in dictis succenseri debeat, nisi quod primo archiepiscopatus tempore in causa primatus Cantuariensis magis errore quam pertinacia certavit; cuius rei exitum primus liber Gestorum pontificalium absolvit. Elegantia personatus spectabilis desiderio videntibus erat juvenis, vigore et æqualitate membrorum commodus; senex, vivido faciei rubore et capillis cygneus. Liberalitate sua successores suos contristavit, ut qui multam episcopalium terrarum partem in clericorum usum nimie, ut dicunt, prodigus distraxerit, clericus sufficientem opibus et litteris adunavit, ecclesiam a fundamentis inchoatam consummavit, cœlibatum ejus nunquam sinister rumor aspersit; philosophus antiquis scientia comparandus, nec elatus sermone, et vultu comis, moribus dulcis. Nec cantu, nec voce minor, multa ecclesiastica composuit carmina. Si quis in auditu

ejus arte jocularia aliquid vocale sonaret, statim illud in divinas laudes effligebat; illud apud clericos quan^m maxime agere, ut masculam in ecclesia musicam haberent, nec quidquam effeminate dissimilantes, tenero, ut Persius ait :

....*Supplantarent verba palato.*

Ævo igitur et honore seculi et gratia Dei abunde plenus obiit anno primo Heurici, in Novembri, cum eum antea in Augusto ad regem coronasset, propter absentiam Cantuariensis archiepiscopi.

Nec mora Girardus nepos Walchelmi episcopi Wintoniensis, qui erat episcopus Herefordensis, electus est, et introductus in archiepiscopum, qui dum cunctatur subjici primati Cantuariensi, has ei litteras misit Paschalibus papa.

« PASCHALIS papa, servus servorum Dei; venerabilis fratri Eboraensi archiepiscopo, GIRARDO salutem, et apostolicam benedictionem.

« Quanquam prave contra nos, ino contra natarem tuam sanctam Romanam Ecclesiam te non ignoremus egisse, præsentibus tamen tibi litteris mandamus, ut professionem venerabili fratri nostro Anselmo Cantuariensi archiepiscopo facere non negligas. Audivimus enim Thomam quondam prædecessorem tuum ex hac eadem re contentionem movisse et cum in præsencia domini Alexandri papæ secundi ventilata esset, ex præcepto ejus definitione habita, post varias disquisitiones Lanfranco prædecessori suo et successoribus suis eamdem professionem fecisse. Unde et nos, quod tunc temporis definitum est, volumus, auctore Deo, firmum illibatumque servari. »

Hanc epistolam directam sibi Girardus non legit, quia necesse non fuit. Prævenerat ipse jussum apostolicum, et hortatu regis Auselino in inanum dederat servaturum se ipsi eamdem professionem in archiepiscopatu Eboraensi, quam fecerat in episcopatu Herefordensi. Nequitia, qua eum papa notat, haec fuit, quod a Roma cum pallio regressus, mendacio suo sedem apostolicam infecit dicens regi, quod si se in aliis ecclesiastice ageret, investituræ ecclesiæ fieri æquanimiter papa toleraret. Litterarum non nescius, in eloquentia diffusus; decessit insperate, morbo quidem sed levi antea tactus. Nam cum aliquantulum æger in quadam viridario domini sue vicino cubitaret, ut salubriore aura, quam suave halantes herbarum flores animarent,

foris frueretur, jussit ut astantes domum secederent, corporis curæ interim provisuri. Abierunt illi, et post epulas reversi, slevrerunt dominum exanimem. Utinam hæc rumor sinxerit, nec homo pontificalis gratiæ sic obierit: certe canonici Eboracenses, ne in ecclesia sepeliretur pertinacissime testitare, vix ignobilem cespitem cadaveri pro fôribus injici passi.

Quamvis post aliquot annos Thomas successor ejus indignitatem facti leniens, in ecclesia ipsum juxta prædecessores'uos eminentissime tumulaverit. Is filius Samsonis Wigorniensis episcopi; dum in archiepiscopatum electus ad consecrationem suam suscipiendam pro more Cantuariam venire invitaretur ab Anselmo, primo benigne respondit, grates se quod vocaretur agere, sed inducias petere ad tam magnum apparatus inmodico sumptu opus esse, secundo accitus, vi se et rationibus suorum clericorum teneri renuntiavit. Tertio etiam per episcopos Londoniensem et Roffensem conventus, omnino negavit. Quare Anselmus cum de consilio Thomæ Paschalem papam certum fecisset, et defectus ipse corporis viribus coeleste iter acceleraret, scripsit Thomæ epistolam, quam et episcopis omnibus Angliae singulam singulis cum suo sigillo misit, ut scirent qualiter erga Thomam agere deberent.

C « ANSELMUS minister Ecclesiae Cantuariensis THOMÆ electo archiepiscopo Eboracensi.

« Tibi Thoma in conspectu Dei omnipotentis ego Anselmus archiepiscopus Cantuariæ et totius Britanniaæ primas loquor, loquens ex parte ipsius Dei: sacerdotale officium quod meo jussu in parochia mea per suffraganeum in eum suscepisti, tibi interdico, atque præcipio ne te de aliqua cura pastorali ullo modo præsumas intromittere, donec a rebellione quam contra Ecclesiam Cantuariensem incepisti, discedas, et ei subjectionem, quam antecessores tui, Thomas videlicet, et Girardus archiepiscopi ex antiqua antecessorum consuetudine profisi sunt, profligaris. Quod si in his quæ cœpisti, magis perseverare quam ab iis desistere delegeris, omnibus episcopis totius Britanniaæ sub perpetuo anathemate interdico, ne tibi ullus eorum manus ad promotionem pontificatus imponat, vel si ab externis ordinatis fueris, ne pro episcopo iidem in aliqua Christiana communione te suscipient. Tibique Thoma, sub eodem anathemate, ex parte interdico Dei, ut nunquam benedictionem episcopatus Eboracensis suscipias, nisi prius professionem quam antecessores tui videlicet Thomas et Girardus Ecclesiae Cantuariensi fecerunt, facias. Si episcopatum Eboracensem ex toto dimiseris, concedo ut officio sacerdotali, quod jam suscepisti, utaris. »

Erat enim rex Northmanniæ, qui cum in regnum rediisset, ventilare causam cœpit. Lecta est ante cum epistola prohibitionis Anselmi, et ab episcopis omnibus suscepta et approbata; quamvis susceptionem ejus ad regalis potentia contemptum restringere comes de Mellento visus esset. Tantus au-

A tem episcoporum fuit consensus, non refragante et patre Thomæ Wigorniensi antistite, ut malent omni honore spoliari quam præcepta patris sui Anselmi transgreedi, confirmavit religionem illorum principalis assensus, cum subjecit: « Quidquid aliorum sententia ferat, ego Patris Anselmi excommunicationi nec ad horam subjacere aliquatenus volo. Itaque quia præter epistolam Anselmi sunt privilegia sedis apostolicæ, sunt definitiones ante patrem meum et matrem cum consilio totius regni statuta, quibus auctoritas Cantuariensis Ecclesiae nititur: eligat Thomas aut subjectionem Ecclesiae Cantuariensi facere episcopatu[m] vale facere. » Cessit ille non rationi, sed potentie, factaque professione subjectionis suæ Cantuariensi Ecclesiae, suscepit a ministro Richardo scilicet Londoniensi episcopo, quod detrectaverat suscipere a magistro. De facilitate ergo credulitatis in clericos sero doluit, exacerbatam quantum vixit deferens conscientiam, quod benedictione Anselmi fuerat privatus. Erat tunc temporis in Anglia Odolricus quidam cardinalis, qui pallium Eboracensis ecclesiae attulerauit per Anselmi consilium dandum. Sed cum eum iam obiisse inveniebat, hærebat animo incertus quid faceret. Sedata ergo omni per potestatem regis controversia, decretum est, ut Eboracum ab eodem cardinali deportaretur pallium. Factum est, et redimitus Thomas pallio in archiepiscopum eaituit, expers (ut credebatur) ab adolescentia seminarum, sed et obsecnitatum omnium, dapsilis exemplo sui ademnes, prædicandæ pietatis et favoris in clericos. Decessit juvenis vix xiv annis funetus gradu.

Successit Thurstanus prædicandæ constantie clericus. Qui cum post aliquot annos acceptæ electionis professionem Radulfo archiepiscopo Cantuariæ facere nollet, volente rege ultiro archiepiscopatu[m] cessit. Sed clericorum suorum monita postea Romanum profectus hanc epistolam meruerat.

« PASCHALIS episcopus servus servorum Dei Henrico illustri regi Anglorum, salute[m] et apostolicam benedictionem. »

« Nos, auctore Deo, de probitate tua non tantum bona, sed meliora confidimus. Idecirco monemus excellentiam tuam, ut divinae gratiæ memori semper existas, qui tibi et regni pacem et justitiae notitiam tribuit. Honorem igitur Dei et Ecclesiarum ejus in regno tuo diligenter observa, et justitiam efficaciter exsequere; quia per honorem Dei tuus profectio augebitur. Audivimus electum Eboracensem virum sapientem et strenuum sine judicio ab Eboracensi ecclesia sequestratum, quod nimis divinae justitiae et sanctorum Patrum institutionibus adversatur. Nos quidem neque Cantuariensem Ecclesiam minim, neque Eboracensem volumus præjudicium pati, sed eam constitutionem, quæ a beato Gregorio Anglico gentis apostolo inter easdem ecclesias constituta est, firmam censemus illibatamque servari. Idem ergo electus, ut justitia exigit, ad suam ecclesiam omnimodis revocetur. Si quid autem questionis

inter easdem ecclesias nascitur, praesentibus utrisque partibus in nostra praesentia pertractetur.

Hac epistola fatus Turstanus, sedem suam repetit libens. Augebatur in dies dissidium inter eum et Radulphum archiepiscopum, quia Radulphus nullis delinimentis, nullis minis adduci potuerat ut ei manus imponeret, nisi professionem faceret, nec Turstanus id se facturum pro capitib[us] periculo policebatur. Successori ergo Paschalis papae Gelasio extra montes venienti ambo statuerunt occurrere, cauurum suarum patrocino adfuturi. Sed mors apostolica nou diu prolongata tardavit eorum impetum, donec Calixtus, qui ei successerat, Rhemis ad celebrandum venit concilium. Eo Turstanus impiger contendit, pollicitus regi nihil se contra decus Ecclesiae Cantuariensis moliturum. Quod mox ut opportunum vidit, oblitus effregit; ab apostolico contra omnes consuetudines majorum benedictio-
ni episcopalem suscepit. Praecesserat sane Turstanum ad papam legatus regis, idemque frater Radulphi Sefredus, postea Cicestrensis episcopus, denunciaturus pape, ne illo modo Turstanum, aut ipse sacraret, aut ab aliquo, nisi a pontifice Cantuariorum secundum antiquum morem sacrari permitteret. Et si contra hoc ipse apostolatus sui jure viti vellet, certus existeret quia nec pro amissione coronæ suæ propositum suum in hac causa mutaret. His respondit apostolicus: « Ne putet rex me de quo agit negotio aliter acturum, quam ipse velit. Neque enim voluntas mea unquam me tulit, ut Cantuariensis Ecclesiae dignitatem, cui tot præclaris

A Patres (ut pene toti mundo notissimum est,) præderunt, quoquo modo humiliem. His blanditiis persuasus legatus redditum maturavit. Post cujus discessum apostolicus Romanorum jussis obnoxius, qui in amicitiam Turstani transierant, eum sacravit palam illud interdicente Joanne archidiacono Cantuariensi, responditque ei apostolicus: Nullam injustitiam Ecclesiae Cantuariensi volumus facere; sed salva justitia et dignitate illius, quod proposuimus, exsequamur. Frivolum id audientes judicaverunt, cum dissideret factum a dicto. Hoc auditio, rex Turstano interdixit omnem dominationis suæ terram. Quam severitatem nec tunc voluit diminuere, cum eum apud Gisortium præsens appellasset apostolicus, asserens se de fide, qua se rex obligatum esse dicebat, eum auctoritate beati Petri soluturum. Quod cum frustra fuisse, tunc quidem rex impacatus remansit. Sed sequenti anno, cum jam præsatus papa in sede apostolatus corroboratus, liberius, quæ vellet, disponeret, misit epistolam, qua videbatur, ut aut Turstanus episcopata sub potiretur, aut rex anathemate, et pontifex Cantuariensis suspensione sacerdotalis officii plecteretur. Hic metus coegit regem cœptis desistere: receptus est Turstanus in sede. Ita ille quamvis Radulphus et successor ejus Willielmus multa conarentur, multa effunderent, omnes eorum allegationes instantia sua dissolvit, et irritas fecit. Obiit sanctissime post exactum quadriennium mortis Henrici regis abrenuntians prius episcopatui, et monachus factus apud Pontem Fractum cellam Cluniaci.

DE EPISCOPIS LINDISFARNENSIBUS ET DUNELMENSIBUS.

Ex omnibus, qui quondam in Northanhimbris episcopatibus positi, principatum Eboracensem suspiciebant, solus ille, qui apud Lindisfarne fuit, remansit. Lindisfarne est insula exigua, quæ nunc a provincialibus Halieland vocatur, quam sanctissimus Aidanus appetitor silentii et sanctæ paupertatis in sedem episcopatus, spreta illa Eboracensis frequentia pompa, elegit. Viri tenuitatem et modestiam secuti sunt successores ejus, Finanus, Columanus, Tuda, Eata.

Celeberrimus et illibato corpore adhuc paensans existens Cuthbertus, qui solus hanc gratiam meruit, quod nunquam ejus incorruptio vel in questionem venerit.

Etherthus qui pro maximæ sanctitatis prærogativa meruit in tumulo sepeliri, quem antecessor suus felicissimæ memoriae, xi annis integro consecravat cadaveri. Eventum cito secuturæ mortis et sepulture predixit ipse allatis ad se sacratissimis inundiis, quæ tot annis infossa labem putrediis evaserant. Hæc Beda in vita Cuthberti latissime exsequitur.

Edfridus, cuius iussu et rogatu idem historiogra-

plus, felicem Cuthbertum tam oratione rhetorica, quam dulcedine metrica extulit; Ethelwoldus, Cinewitus, Iligebaldus. Hujus tempore depopulati sunt Dani insulam, ut nec sacrosanctis parcerent altariis, sicut manifestum facit epistola Alcuini ad eundem in hunc modum:

« Beatissimi Patris Cuthberti episcopi in Christo filii HINCBALDO episcopo et omni congregatiōni Lindisfarnensis ecclesiae ALCULNU斯 diaconus salutem.

« Vestre charitatis familiaritas me multum lætiticare solebat, sed versa vice vestre tribulationis calamitas licet absentem multum me contrastavit quod pagani contaminaverunt sanctuaria Dei et fuderunt sanguinem sanctorum in circuitu altaris, calaverunt corpora sanctorum in templo quasi sterquilinium in platea. Quæ est fiducia Ecclesiæ Britannie, si sanctus Cuthbertus cum tanto sanctorum numero suam non defendit ecclesiam? etc. »

Quibus hortatur ne a moribus antecessorum degeneres vestrum luxui et gulæ intemperiei professionis suæ reverentiam decolorent, per transgressionem divinæ legis accidisse talia, accessuraque deteriora, si perseverandum in vetitis putaverint. Adiicit etiam la-

epistolæ calce : « Cum Dominus noster rex Carolus hostibus per misericordiam Dei subditis domum revertetur nos, Deo juvante, ad eum venire disponimus, et is quid tunc vel de pueris, qui in captivitatem ducti sunt a paganis, vel de aliis necessitatibus nostris proficere poterimus, diligenter ad affectum producere curabimus. » Item ad Ethelredum regem : « Ecce ecclesia Sancti Cuthberti sacerdotis Dei sanguine aspersa, omnibus spoliata ornamentis, locus cunctis in Britannia venerabilior, paganis gentibus datur ad debellandum. Et ubi primum post discessum sancti Paulini ab Eboraco Christiana religio in Northambrorum [al. Northanimbrorum] gente sumpsit exordium, ibi miseriae et calamitatis coepit initium. » Quapropter, pensato consilio, decreatum est ut ab insula illa, quæ esset maritimorum praedonum hiaticibus exposita, corpora sanctorum in continentem transferrentur. Tunc beatum magni Cuthberti corpus, cum quidam religioso, ut putabant, furto Hiberniam transvehere ambirent, perdiderunt fructum operæ, dum aut multis diebus ventum operarentur in littore, aut flatu aliquantum concitatiore in altum provecui, statim repellerentur. Quocirca cum honore debio sacrum corpus apud Bulbesford, [al. Bubedford], incertum an episcopatus sedem deposuere juxta amnum Twyda. Jacuit ibi multis annis usque ad adventum Ethelredi regis. Nec tamen interim in adjutorio provincialium seriabatur, sed per totam Angliam vagabatur miraculis; quorum unum si retulero, non abs re, ut æstimo, fecero, eo insignius quo illud in clarissima persona ostensum totius Angliæ libertatem reduxit, servitutem exxit. Erat rex Elfredus barbarorum infestatione ad hoc redactus inopie, ut in insula quadam parvissima, que vocatur Adelgei, lateret inglorius. Dixi superius de hac insula in Gestis pontificum Wellensium. Ibi ergo quadam die cum domi soporatus jaceret, dolor enim animi somnum impetraverat, sociis per oram fluminis dispersis, ecce beatus Cuthbertus dormientem alloquitur : « Ego sum Cuthbertus, Lindisfarnensis quondam antistes. Misit me Deus, ut prospera tibi annuntiem. Quia enim Anglia jamdudum peccatorum poenas enorriter luit, modo tandem indigenarum sanctorum meritis super eam misericordiae suæ oculo respxit. Tu quoque tam miserabiliter regno extorris, gloriose post paucum tempus in solio reponeris. Atque adeo signum eximum tibi dabo : venient hodie piscatores tui magnam vim grandium piscium coribus evehentes. Quod eo erit mirabilius, quia his diebus, gelante aqua, stagnum asperatum nihil tale sperari permittet. Super hæc gelido rore stillans aer omnium pescantium artem studit. Verum tu fortunæ secundæ vere compos regaliter feceris, si adjutorem tuum Deum et me ejus nuntium competenti devotione demerueris. » Hæc dicens sanctus regem soporatum sollicitudinibus exxit, matremque prope cubantem ejusdem nuntii lætitia confortavit. Experrecti ambo, unum et idem se somniasse frequenti recurso verborum itera-

bant, cum piscatores ingressi copia innumerabilis piscium fidem sonnio fecere. Nec multo post illæ regnum et regni gloriam suscepit, ut latius in Gestis diximus. Hingebaldo hi successere : Egberth, Eadulf, Cutheard, Milred, Witred, Sexhelm, Aldredus, Alsius, Aldum, Eadmund, qui quantumvis mirabilis casu in episcopum creatus est. Electio enim omnis præsulum et abbatum tempore Anglorum peres clericos et monachos erat. Monachi ad corpus sancti Cuthberti non serviebant, quamvis episcopi consuetudinaliter monachi essent, ad exemplum sanctissimi Patris, qui monachus clericis præfuerat. Defunctio ergo Aldulmo antistite, clerici considerant de rectoris futuri electione consultantes, nec, ut sit in talibus, quidquam certi pro schismate partium defnientes. Tum Eadmundus, quem nullus accersendum putaverat, cunctantibus superveniens, consueque usus facetia : « Me, inquit, accipite, et episcopum facite. » Illi omnes quasi divinitus accensis spiritibus rapuerunt ex ore ejus verbum, quasi divinum miraculum, stupentemque et dicti penitentem, utpote qui mallet lusum pilæ quam usum cuculli, monachum fecerunt, et regi Egelredo [al. Ethelredo], qui tunc regnabat, in episcopum sibi postulaverunt. Omine felici fuit hæc facta prolusio, ut commemorant indigenæ loci : regis enim serenitas, quod petebatur, annuit, et propria divinitas, quod sperbatur, implevit. Sub eo enim præsule mutum in modum Ecclesiæ promovit prosperitas. Corpus sanctum delatum Dunelmum, basilica ibidem a fundementis consummata, multa præterea, quæ nullo unquam apud cives ævo fallax consumeret obliuio. Dunelmum est collis, ab una vallis planicie paulatim et molli clivo turgescens in tumulum, et licet situ editio et prærupto rupium omnem aditum excusat hostium, tamen ibi moderni collibus imposuerunt castellum. Ad radices pedis castelli delluit amnis piscescos, et ut pleraque et omnia pene Northambræ flumina. Ita enim Isicius in partibus Occidentalibus et aquilonalibus Angliæ superfluit, ut rustici projectis piscibus sues pascant.

Post Eadmundum fuerunt : Edred, Egelwines, Egelricus, quorum ultimus sub rege Willielmo rebellionis accusatus, quod turbasset pacem regiam piraticam adorsus, perpetuo exilio Westmonasterium deportatus est. Ibi quantum vixit voluntaria inedia et lacrymarum affluentia præteritos reatas attenuans et diluens, sanctitatis opinionem apud homines concepit. Denique ab iis qui eum viderunt, posteris memoriam tradentibus, hodieque tumulus ejus nec votis nec frequentia petitorum caret.

Superpositus est adhuc viventi Walkerus, qui esset dux pariter provinciæ et episcopus, frenareque rebellionem gentis gladio, et reformaret mores eloquio. Qui dum id exsequeretur sedulo, indigne peremptus occasionem dedit regi ut provinciæ illius provincias [al. reliquias], quæ aliquantulum respiraverant, funditus exterminaret. Causa cædis hæc fuit : præfeccerat episcopus, rebus forensibus Gile-

bertum cognatum, interioribus Leobinum clericum, ambo in rebus commissis strenuos, sed effrenes. Tolerabat episcopus eorum immodestiam gratia strenuitatis inductus, et quia eos elevarat, cumulum benignitatis augebat. « Indulget enim natura sibi, placidoque favore assentatur suis ipsa muneribus. » Is Leobinus Liulfum beatissimi Cuthberti ministrum adeo dilectum, ut ipse sanctus coram vigilanti assistens placita imperaret, hunc, inquam, Leobinus per Gilebertum obruncari fecit, livore ictus quod amplioris amicitiae locum apud pontificem pro scientia et equitate judiciorum haberet. Perculsum nuntio Walkerus parente furenti defuncti legalis placiti judicium obtulit, protestatus Leobinum suæ suorumque necis auctorem, ubi ventum ad placitum, nullis effera gens rationibus emolliri potuit, quin in episcopum referret culpam, quod ambo homicidas post necem Liulfi in curia ejus familiariter diversatos vidissent. Surrectum ergo in clamores et iras, et Gilebertus de ecclesia, in qua cum episcopo assederat, ultra egrediens, ut suo periculo vitam domini mercaretur, impie occisus est. Praesul etiam pro januis praetentum ramum præferens neci datus, somesque mali Leobinus semiustulatus; quod nisi cremata ecclesia exire nolebat exsiliens mille lanceis exceptus est. Predictum id ab Editha regina relicta regis Edwardi. Quæ cum vidiisset Walkerum Wintoniae ad consecrandum duci, cesarie lacteolum, vultu roseum, statuta prægrandem, pulchrum, ait: « Hic martyrem habemus, » conjectura videlicet immoderata gentis ad præsagendum inducta. Hunc exitum vitæ tulit Walkerius, vir neque immodestus neque illitteratus, qui canonicos monachili servitio assuetos, quod semper monachum habuissent episcopum, ad usum clericorum rededit.

Successit ei Willielmus ex abbate Sancti Karilefi, qui monachos Dunelino posuit; potens in sæculo et oris volubilitate promptus, maximus [et. maxime vel maximo] sub Willielmo rege juniore: quapropter et amicorum cohorti additus, et Angliae prælatus, non permansit in gratia. Quippe nullis principis dictis vel factis contra eum existentibus, ab amicitia deservit, in perfidia Odonis Bajocensis et cælerorum se immiscens. Quapropter, factis partibus, ab Anglia fugatus post duos annos indulgentia principis rediit. Episcopatu ergo resumptio sedulo augebat, ut in antiquum resumeretur amore, spectatoque regis ingenio quoconque ille vergendum putasset, et ipse vergere, unde factum est ut in turbine, qui inter Anselmum et Willielmum surrexit maximus contra archiepiscopum turbas iste signiserexitare, sperans, ut aiunt, vel allicientiam regis gratiam vel se pro Anselmo fore archiepiscopum; sed enim ubique excidit. Nam non multo post orto inter ipsum et regem dissidio ægritudinem apud Glocestriam incurrit, ibi tunc erat curia, et jussus est episcopus exhiberi, ut causam suam defensaret. Cui cum responsum esset infirmitate detineri, quo minus veni-

A ret, per vultum de Luca singit se, inquit. Enim vero ille vera valetudine correptus morti appropinquabat. Cumque considentes episcopi indicassent ut in ecclesia Dunelmi, quam ipse magnifice inchoaverat, se peliretur, resumptis viribus haec verba spiravit: « Non placeat Deo, ut pro me mutetur vel minuatur dominii mei sancti Cuthberti reverentia, pro cuius honore nullus unquam antecessorum meorum in ecclesia humatus est; sed in capitulo me ponite. » Defunctus ergo Dunelmumque delatus pulchrum suæ industriae monumentum apud monachos habet, quod et eos congregaverit, et tamen libris quam cæteris ornamenti ecclesiam decoraverit, quin et priorem loci hoc insigni extulerit, ut in toto episcopatu de canus et vicedominus esset.

B Quod cum Turgotus ab eo prior constitutus severius exsequeretur, ita Ranulphum successori Willielmi exacerbavit, ut eo ad episcopatum Sancti Andreæ in Scottia translato nullum alium priorem ponendum putaret. Is est Ranulphus quondam regis Willielmi capellanus, ex quo ambiguum genere, lingua et calliditate provectus ad summum, et totius regni procurator effectus. Iste si quando edictum regium processisset, ut nominatum tributum Anglia penderet, duplum adjiciebat, subinde rideante rege ac dicente, solum esse hominem, qui sciret sic agitare ingenium, nec aliorum curaret odium, dummodo complaceret dominum. Quibus artibus fretus episcopatum Dunelmensem meruit. Venit ergo Dunelnum et primum quidem tumidius se agebat sanctum verens offendere, qui fertur peccantium severus in primis cor�or esse. Sed uno et altero delicto commisso nec vindicato, eo processit, ut reuasi quando ad ecclesiam sancti confugeret abstrahere non dubitaret, ausus scelus omnibus retro annis inauditum. In ædificiis autem monachorum novis et translatione beatissimi Cuthberti nonnullam gloriam nomini suo commeritus est. Extulit ergo ejus famam sacri corporis elatio, quod e mausoleo levatum, cunctis volentibus, fecit conspicuum. Tractavit illud ausu felici Radulphus tunc Sagensis abbas, postea archiepiscopus Cantuariensis, et propalam illibatum protulit, quod quibusdam venisset in dubium, utrum olim vulgatum adhuc de integritate compaginis miraculum duraret, vestes quoque omnes recenti splendore nitentes, calix super pectus ejus, cuius superior pars aurea, inferior, onychina esset, facies tam stricte ohvolta sudario, ut nullo abbatis nisu dissociari posset, caput Oswaldi regis, et martyris inter brachia ejus inventum, ossa sanctorum Bedæ et Celwulð, qui apud Lindisfarnum monachus et sanctus, in singulis saccis lineis reperta. Erat spectaculum ingens in cœmeterio sereno aere, nulla pendente nubium crassitudine, monachis omnibus solemnibus indutis vestibus, longa pompa euntrum et redeuntium magna que constipatio se ingerentium, dum semel visum juvat iterumque iterumque, [et. iterum] videre. Visum ergo ut sancto putatur indignum, quod ita esset expositus ad spectaculum,

C

D

pluviaque ingens inopinatae oborta omnes intra ecclesiam corgit. Nec caruit miraculo, quod monachorum vestes tanta inundante procella non solum illas, sed nec etiam madesfactae. Macte virtute, praesul sanctissime, praeclarum omnino miraculum et tue sanctitati congruum; qui etiam non multis ante diebus aliud exhibueras. Ad translationem corporis parata erant omnia, in nova ecclesia: chorus monachorum, altare, sepulcrum, exspectabatur tantum ut materia lignorum, quae recentem presbyterii testudinem sustinebat, leviter deponeretur. Sed non passus es beatissime, sanctum tuorum desiderium

A prolongari, et omnia nocte intempesta subruisti. Quis enim alius tanti facti auctor? Accurrit prior sono excitus, altari et pavimento timens, de lignis cura minor; sed non solum illa de quibus metuebatur, sed et ligna ita servaveras integra, ut fuerint apposita. Merito a monachis tuis timeris, ut nullus rebellionis contra priorem vel in se gravis criminis conscientia, pernoctare audeat delicti sine confessione reus. Quapropter te supplex oro, ut mei in bona meminisse digneris, qui nbi se occasio deit laudem tui quanquam exilii pretermittere nolui, Domine sancte et merito dilecte Pater.

PROLOGUS LIBRI QUARTI.

Haecquales dico libros, quia non aequa affluit B nobis ubique dicendorum copia. Et promptum quidem habeo velle sanctos patriæ meæ laudare, sed destituit conantem scire et posse. Nam nec omnes sanctos valeo scire, vel quos remotissime a nobis disparant plagæ, vel quorum nulla propter scriptorum desidiam existarent, quas viderimus, vitas: nec Ihos, quos mihi divinitatis munus donavit et vicinia terrarum et scientia litterarum aliquantulum nosse, potest sterile ingenium et exile eloquium dignis informare laudum titulis, æquiparare victoriarum triumphis; sed rursum hoc meditanti fidis occurrens, dubietatis nebulas disjicit, securitatem inducit: cum sciam solam hominis bonam voluntatem, si forte fortuna æmula effectum invideat, æternæ mercedis

sufficere. Mentior si non angelis donæ voluntatis pacem annuntiaverint. Militet ergo sanctus, si aliud in me non est, pronae devotionis mentis, serviat ei si potest lingua dicentis, quem saepè hactenus servatum, nuper præclaro miraculo, nuper insigni exemerunt periculo. Juxta ergo inceptum iter circumibit in hoc quarto libro pontificatus Merciorum, sicut quarto ordine pervagatus sum olim eorum imperium, id fuit semper pro tempore amplissimum, ideoque in plures episcopatus divisum, animositatem præsertim regis Offe, qui in Licesfeld archiepiscopatum constituit, non auctoritate, sed in cruce religionis medulla ductus. Hinc igitur propositum exsecuturo cursum tale se offert dicendi auspicium,

LIBER QUARTUS

DE EPISCOPIS WIGORNENSIBUS

Provincia Merciorum quinque nabet modo episcopatus, olim forsitan plures. Et apud Wigorniam quidem hi fuerunt episcopi:

Boscl, Osteor, Edwinus, Wilfrid, Milred, Were-mund, Tilher, Ethelred, Denebertus, Herebertus, Alwinus, Henferdth, Ecelin [al. Ethelin], Wilfert, Kinewold, Dunstan, Oswal. Aldulf, Wistanus. Isti tres fuerunt archiepiscopi: Lessius, Bribegus [al. Britegus], Livinigus, Alred. Wistanus in sanctitate nostro sæculo nominatissimus, de quo si se amplior porrexerit sermo, nullum, queso, iudeat. Wistanus a pueru educatus honeste, inter disciplinatos viros et litterarum curam quanta tunc in Anglia erat, adolevit. Cum vero id ætatis esset, presbyteratum accepit, nec a gradu morum vitiis degeneraverit. Non enim, ut tunc et nunc quidam missa cursim inane

Ccantate, tota die post hoc gulae vel quæstibus inhibebat, sed morosiore cura debitum consummans officium, orationes quotidianas et diurnas adjiciebat, oblationibus fidelium contentus. His vitam tolerabat. Pudoris singularis salvum signaculum post virginitatis vitam cœlo exhibuit. Ita adhuc constat in sæculo major quolibet assimilabatur monacho, superflui potus expers, esui carnium indulgebat: quas tamen statim, ut potuit, occasione rapiens, sprevit: causa fuerat, quia die certa ad quoddam placitum exire deberet, necessitas rei omni excusationi repudium indixerat. Visum est tamen ut ante missam cantatam inedia consuleret; acceleratur a clientibus, ne impransus abiret dominus, apponitur aqua igni. Astiit altari presbyter et devotione qua solet agit, cum inter secreta missæ, quia erat ecclesia

domui vicina, nidor adusta carnis nares ejus opplevit. Odor mentem advocavit, ut et voluptatis illecebria caperetur, continuo reducto animo culpam agnoscens, luctabatur valide ut cogitationem alias averteret; sed cum id frustra esset, iratus sibi iuramentum ad sacramenta quæ tangebat, fecit, nullo se amplius pacto id genus cibi comedeturum. Cantata ergo missa, cibo vacuis ad negotium discessit, quod jam tardior hora urgeret causatus, occasio illa effecit, ut arduum penitus secutus exemplum, omni in perpetuum carne et etiam unctiori cibo temperaret, non tamen comedentes rigido suspensus supercilie, nullo se affirmabat, eorum ciborum teneri desiderio, si qua tamen esset caro delectabilis, opinari se, quod alaudae majorem vescentibus darent voluptatein.

Crescente autem devotione propositi apud Wigorniam monachus factus per omnia officia ad prioratum ascendit. In quo, dum sublimi laude virtutum resulget, tentationem diaboli bonis ejus (credo) inadvertis expertus est. Qui cum quadam nocte ante altare orantem, ut luctaretur secum est aggressus. Fortior ille metu provocantem adorsus diris brachiorum nodis elisit, idem secundo et tertio fecit, nisi quod tertia vice suspriosus, extis incandescentibus illum pulsu se defecisse pene significavit; sed adiuit clemens divinitas, quæ monstrum insaniens abegit. Quo in auras evanescente, intellexit Wlstanus diabolum esse, cum ante putasset servientem quemdam fuisse, cuius ille formam induerat. Cujus rei non fallax dabatur indicium, quod quocunque eventu servientem illum videret, statim tremore membra pererrante totus expallescere. Cætera omni timore vacuus, ut affirmaret se nescire et id esset terror; qui nunquam pro fractura pontis equo descenderit, qui in summitate fabricarum per angustissimos axes securus incesserit, ut de ipso merito dicatur: « Justus ut leo confidit. » Interea, quam superius dixi, causa exorta est, qua Roma veniens Aldredus archiepiscopus consecutus e vestigio cardinalibus Wigornensi civitati episcopum urgenter consecrare. Ille consilio deducto in medium cœvensque rebus suis in posterum Wlstanum elegit, ineslicacem scilicet ratus, cuius simplicitate et sanctimonia rapinas umbraret suas, rapturus de rebus episcopatus, quod liberet. Cardinalium ergo favore Wlstanus approbatus, et examinatus severitate, divinum munus suscepit, pulchroque et venerabili præsagio prognosticon obvenit: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est! Nihil prorsus verius, nec enim bonum in eo simulatae sanctitatis, nec si secus quid, callidæ fraudulentiae fuit. Sed nec Aldredus ita segnem (ut putabat) persensit. Siquidem majorem partem rerum, quas indebite detinebat, blanditiis ab eo subripuit, tenuitatem suam illi ex tempore allegans. Ita officium injunctum magis insito virtutum amore quam litteratura fretus exercebat. Quanquam non ita hebes in litteris (ut putabatur) fuerit, qui cætera negotia sciret, præter fabulas

A poetarum et tortiles syllogismos dialecticorum, que nec nosset, nec nosse dignaretur. Cæterum proba doctus posse sermonem quamlibet elegantem ex temporaliter facere, auditorum lacrymas, gaudia cœli, et pœnas inferni proponendo artifex mouere, persuadere dictionem quam vellet, dum quadraret vita doctrinæ, nec aliter viveret, quam vivendum doceret. Ideoque suggerebat ei Deus eloquium, quod esset et laudum ejus incremento et auditoribus proficuo. Cibi et potus, ut ante dixi, erat abstinentis, quamvis in aula ejus, pro more Anglorum, totis post prandium biberetur horis; cum quibus ipse assidens psalmos ruminabat, ordine tamen suo se bibere simulabat. Hauriebant alii spumantes pateras; ipse vasculum minutissimum tenens, eos ad hilaritatem

B invitabat, magis consuetudini patriæ, quam judicio satisfaciens animi. Nam et consuetudines Northmannorum non omittebat, pomparam militum secum ducent, qui stipendiis annuis quotidianisque cibis immane quantum populabantur. Circa religiones, tales accepimus: quotidie missam cantans, addebat Psalterium, omniumque sanctorum memorias, quorum toto anno singula solemnia succidunt, singulis in septem divisas, per septem non omittebat horas. Quotiescumque Wigorniæ esset, missam majorem impiger cantabat, dicens id se rependere septimanarii officio, quo ipse pro episcopatu absolví nollet, collationem quoque frequenter interebat, iensque cum cæteris in Ecclesiam, facta confessione redditaque benedictione in tricliniu se recipiebat. Equo quo-

cunque vadens Psalterium frequentabat, orationales versus, qui occurrebat, ad fastidium concantantis crebro repetens. Nullius unquam personæ contuitu, nec etiam in curia regis positus, et ad mensam ejus assidens, benedictiones, quas Angli super potum faciebant, omisit. Si quando eum necessitas ad comitatum urgebat, omnium primo maledictionem pravis, benedictionem rectis imprecabatur arbitris. Tum considens si divinum quid eventilaretur, vigilanter intendebat mentis aciem; si sæculare, quod crebrius erat, fastidio segnis obdormiscebatur, licei si quis contra eum dicendum putasset, non eum obtuse scientiæ esse in respondendo intelligeret. Venerat ad eum fama religionis accitus presbyter vocabulo Egelricus; cuius exemplo scintillante multum in se sanctitatis sumitem rapuerat. Erat enim ille orationibus continuis etiam inter turbas ad miraculum videntium deditus, ut qui quotidie Psalterium cum orationibus, non minoris numeri, evolverat post missam; adeo in corripiendo acer, ut etiam episcopum ipsum, si quando, ut sit in loquendo, esset remissior, statim vel argueret verbis, vel reverberaret oculis. Nam antistes suorum a recto transgressiones alumnorum corripiebat, sed sepius quatenus honestas sineret, tolerabat; in divino segnitie obsequio nullo modo patiens, si quis ministrorum vel temulentia, vel somnolentia victus, matutinis non adfuerit, acri serulæ ictu in illum ulcisci. Postremo personas honestiores per sé excitando ipso matutinas

D sanctitatis sumitem rapuerat. Erat enim ille orationibus continuis etiam inter turbas ad miraculum videntium deditus, ut qui quotidie Psalterium cum orationibus, non minoris numeri, evolverat post missam; adeo in corripiendo acer, ut etiam episcopum ipsum, si quando, ut sit in loquendo, esset remissior, statim vel argueret verbis, vel reverberaret oculis. Nam antistes suorum a recto transgressiones alumnorum corripiebat, sed sepius quatenus honestas sineret, tolerabat; in divino segnitie obsequio nullo modo patiens, si quis ministrorum vel temulentia, vel somnolentia victus, matutinis non adfuerit, acri serulæ ictu in illum ulcisci. Postremo personas honestiores per sé excitando ipso matutinas

eis cantare. Indifferenter vilioribus utebatur vestibus, A magis agminis quam alterius generis pellibus frigus depellens. Si vero ei diceretur, ut saltem cattinas pelles amiciret, jocosa comitate respondebat: « Crede mihi, nam hic mos jurandi episcopo inoleverat, nunquam audivi cantari catus Dei, sed Agnus Dei, ideoque non catto, sed agno volo calefieri. » ita Dei timor mentem ejus insederat, ut quod alii torquebant in pompam, ipse in compunctionis transferret materia. Cum Ecclesiae majoris opus, quod ipse a fundamentis incepit, ad hoc incrementi processisset, ut jam monachi migrarent in illam, jussum est veterem ecclesiam, quam et beatus Oswaldus fecerat, detegi et subrei. Ad hoc spectaculum stans sub divo Wlstanus, lacrymas tenere nequivit. Super quo modeste a familiaribus redargutus, qui gaudere potius deberet, quod se superslite tantus Ecclesiae honor accessit, ut ampliatus monachorum numerus ampliora exigeret habitacula, respondit: « Ego longe aliter intelligo, quod nos miseri sanctorum opera destruimus, ut nobis laudem comparemus. Non novaret illa infelicitum virorum ætas pompaticas ædes construere, sed sub qualicunque tecto se ipsos Deo immolare, subjectosque ad exemplum attrahere: nos econtra nitimur, ut animarum negligentes curram, accumulemus lapides. » Dixit plura in hunc modum, allegationibus suis occurrentes sententias infirmans.

Nunc quod miraculorum expers non fuerit, sermo subjicit; nam de moribus ejus dicta hunc modum C tenebunt. In cuiusdiam ecclesiae dedicatione sermonem fecerat ad populum, in quo multa de cæteris plura de pace dixerat: quo commoti nonnulli, qui digladiabili dissidebant odio, offensus utrinque donavere. Unus erat, qui nullis admonitionibus, nullis suadeliis adduci potuit, ut fratris necem indulgeret inimico huic adducto in medium, et post multum sermonem pertinacissime recusanti, eadem quæ referam verba dixit episcopus: « Dominus dixit in Evangelio: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur* (*Matt. v.*); constat ergo quod si pacifici sunt beati, et filii Dei, discordantes sunt miserri et filii diaboli. Illi igitur, cuius alius es, te commando, et trado te Satanae ad interitum carnis, juxta preceptum Apostoli: *Ut spiritus salvis sit in die Domini* (*1 Cor. v.*). » Vix sanctus sermonem explaverat, cum miser ille mancipium hostile factus, coram omni plebe dentibus stridere, spumas jacere, crinem rotare occiperet; postremo in terram elitus voluntabatur furens. Exoratus Wlstanus uero miseretur, distulit; sed pressus tandem et victus lacrymis, jubet inimico ut abeat: ille discedit eadem facilitate qua venerat reductus in mentem homino, conventusque, ut delicti gratiam cederet, mira pacem negavit imprudentiam; iterum ergo vexari, iterumque s. maria jussus inciari perstitit. Tertio jam cum totus membris labefactatus ex concussione daemonis plene singultaret animam, pacem init perpetuo post hoc usque ad mortem integer et incolunis. »

B Sub seniore Willielmo inclamatum est in Wlstanum a Lanfranco de litterarum inscilia: a Thoma Eboracensi archiepiscopo, quod subjici deberet ei ex antiquo jure, utrisque objectionibus cum in consilio respondere juberetur, egressus est ut strictiore consilio responsum comeret suum. Tum monachorum, qui cum eo erant, animis ad summum negotiū attulit, illesobintulit: « Crede mihi, adhuc non cantavimus Nonam: cantemus ergo, sociis referentibus, ut prius propter quæ venerant expedirent, quod satis superque sufficeret cantibus tempus; regem et proceres, si hoc audierint, risui se haberi non immerito credituros; prius, crede mihi, faciemus Dei servitium, et post agitabimus hominum litigium. » Hora igitur cantata, nulla exigitata falsi tergiversatione, nullo commentato veri splendore aulam concilii pergebat ingredi: suis euu retinere tentantibus persuaderi non potuit: quin poties timentibus cause, pro certo, ait: « Noveritis visibiliter me hic videre beatos archiepiscopos Dunstanum et Oswaldum, qui hodie me suis precibus tuentes falsiloquorum acumen hebetabunt. » Ita data benedictione monacho minimæ facundiae viro, sed Normannie lingue scolo, rem obtinuit, ut qui diœsis ante putabatur indignus regimine, ab archiepiscopo Eboraci suppliciter rogaretur, ut suas dignaretur iustare, quo ipse pro timore hostium vel sermonis ignorantia cavebat accedere. Nec solum hoc, sed et villas reliquias episcopatus, quas Aldredus archiepiscopes retinuerat, recuperavit ad unam, cum Lanfrancus archiepiscopus constanter assisteret cause, urgens videlicet æmulum primatus et potentie.

Sub Willielmo juniore Rogerius comes de monte Gomerico perfidiam contra principem meditatus, cum ejusdem factionis complicibus arma movebat infestus: jamque a Scrobesberia usque ad Wigornensem coloniam omnibus vastatis urbem ipsam appropinquabat, cum milites regi, qui praetendebant, periculum exponunt episcopo. Is maloffectus fulmen jaculatus in perfidos, qui domino suo fidem non servarent, jubet milites properare. Dei et Ecclesiae injurias ulturos. Mirum quis dixerit, quod subjiciam, sed auctoritati veracium narratorum credendum, quidam enim adversariorum regis conspectis timore inertis perculti, quidam et exalti victoriā plenam et qualem sperare nequibant, oppidanis cessere; multi enim a paucis fugati, pars cæsi, pars saucii abducti. Quid quod properis non caruit? Aldwinus erat quidam ab eo factus monachus, sieque in vastissimo illo saltu, quod Malvernū vocatur eremiticam vitam cum Guidone socio exercebat. Guidoni post longos agones compendiosius ad gloriam visum, ut Hierosolymam ire, ubi labore itineraryo vel Domini sepulcrum videret, vel feliciter manu Sarracenorum mortem anticiparet. Aldwinus eidem sententiae inductus consilium tamen cum patre Wlstano quæsivit; dissuasit pontifex, et ardentem refrigeravit dicens: « Noli soles Aldwinae, quoquam ire, sed in loco mane: crede mihi, mira-

reris si scires quod scio, quantum in illo loco per te Deus operatus est. » Discessit, hoc auditio, monachus, firmoque jam durabat in proposito, levabatque spe prophetiae omne genus ærumnæ. Nec multo post vaticinium properavit impleri, veniebantque ad Alwinum alter post unum, tertius post alterum, et ita usque ad tricenarium numerum; affluebatque eis in primis victualium copia, vicinis beatos se judicantibus, qui aliquid Dei famulis impertirentur, quod vero eis deerat, sive supplebant, dum parvi farent, si carerent carnali cibo, qui spirituali pinguescebat gaudio.

Sewlfus quidam negotiator ad eum quotannis venire consueverat, ut ejus consilio morbis medereretur animæ. Cui semel post absolutionem factam dixit : « Sapere peccata, quæ confessus es reiteras, quia, ut dicitur, « Opportunitas latronem facit. » Quare consulo, ut monachus sis; quod si feceris, horum peccatorum opportunitate carebis. » Cum retulisset ille, non se in monachum pro rigore propositi fieri posse, substomachatus episcopus : « Vade, inquit; monachus sis velis nolis, sed cum viiiorum utensilia in te senerint. » Quod nos postea vidimus, quia in nostro monasterio, jam senectute fractus morbo alimonente conversus est. Sed licet multoties poniuerit, quotiescumque tamen dictum episcopi aliquis presentasset ei, revocabat impetum, remolliebat animum.

Nicolaus specialis ejus alumnus, qui postea Wigorniensis Ecclesiæ prior fuit, pelibus ejus assidebat. Episcopus interim effusus in laetitiam, blanda manu caput juvenis palpavit, crinibus desuentibus impropprio calvitiæ vicinum, « et puto, inquit, calvus sis. » At ephæbus, qui jam in adolescentia se illa parte senescere doleret, questus fata capillorum cadentium, « quare, inquit, non eos tenes? » Contra episcopum renidens crede, « mihi, ait, nunquam quantum vixero, qui residui sunt deficiunt. » Factum est, quod dixerat. Sed eadem bebdomada qua vitæ huic renuntiavit, ita omnes, quo nescio, evanuere ut nudam cutim relinquerent. Suam mortem non occultis indiciis manifestavit sapere quidem, sed hic apertius. Allato sibi nuntio de sororis excessu, quam unicam habebat, respondit, « modo aratum ad meum pervenit sulcum, sequiturque frater sororem, non multis post diebus. » Decubuit ergo febris jam dimidium annum obitus, exercebaturque ad cœlestis vita introitum. Magnanimiter ille ferebat incommodeum, et suos ante se lacrymantem, et tyrannidem futuri pontificis metuentes consolabatur dicens : « Cessent, gemitus, vident fletus, non est enim ista vita amissio, sed vita commutatio, neque unquam vobis deero, sed quanto lutea compage soluta Deo fuero præsentior, tanto ero in auxiliendo celerior; me impetrante, accedet vobis prosperitas, me propulsante, discedet adversitas. » Felix lingua, quæ de abundantí penu conscientiæ, tam secura verba in bonum aures auderet effundere. Alii suspiriis et singultibus agunt, ut pro se ore tur, ille pro aliis se

A oraturum pollicebatur. Quid istud est miraculi? An nullius peccati conscius erat? Imo loquebatur sancta simplicitas, simplicitas nescia de Dei diffidere misericordia. Sublatus ergo præsentibus magno laicorum et monachorum ejulatu, delatus in ecclesiam triduo super terram detentus est. Nam ipsa species et forma exanimis corporis videbatur gratiam viventis pontificis prætendere, mulcebatque oculos leniebatque dolorem. Jacebatque in libitina corpus ante altare pontificalibus insignibus ornatum, carens operimento, populiisque undique confluentes, datis oblationibus, et adorato corpore, recedebant cum mœrore. Quarto die terræ delatum a Roberto Herefordensi episcopo, sancta illi jampridem familiaritate conjuncto. Jacet inter duas pyramides, arcu lapideo pulchre supervoluto; lignum in superiori prominet, quod casses ferreos, quos vocant araneas, infixos habet. Haec eo dixerim, quia miraculo subiectando materia cohæret. Post non paucos annos ejus decessus, ignis ab urbe per incuriam veniens, ecclesiæ tectum omnino consumpsit, plumbō liquefacto, asseres regnante incendio in carbonem mutati, trabes perinde grandes ut integræ arbores ambustæ deciderunt ab solum. Quod ignem intra Ecclesiæ effugere potuit, tantæ molis ruina dissiluit et crepuit. « Sepulcrum inter hoc sancti non solum a furore flammæ immune, sed nec fuligine tinctum, nec favilla operatum fuit. Et ut augeretur miraculum, natta qua accubitare solebant orantes ante mausoleum, incolumis reperta, lignum et quod superne prominere dixi, quantum extra lapides extabat, inventum integrum, quod petra incluserat ipsa corrupta in cineres solutum. » Et hoc miraculum non primum, sed aliis celebratius, quia publicum. Quis enim illa quotidiana enumeret, quæ in domesticis necessitatibus homines sentiunt, dum nullus cum sive affusus ad tumulum exors redeat votorum. Superant illa cujuscunque facundissimi facultatem eloquii, quæ nec colligi numero, nec queunt excipi scripto. Et profecto, si facilitas antiquorum hominum adjuvaret, jamdudum elatus in altum sanctus predicaretur. Sed nostrorum incredulitas, quæ se cautæ umbraculo exornat, non vult miraculis fidem adhibere, etsi conspiciat oculo, etsi palpet dígito. Ego me reum silentii timui fore, si certis auctoribus cognita taciturnitati addicerem, et notitiam studiosorum fraudarem, qui enim mihi assumam, ut inertes quique legant vel pro amore sancti vel nostra, qui sancta fastidiunt Evangelia?

D Wlstano successit Samson canonicus Bajocensis; non parvæ litteraturæ vir, nec contemnendæ facundiae. Antiquorum homo morum : ipse liberaliter vesci, et aliis dapsiliter largiri. Innoxius ad monachos, nisi quod eis Westberiam abstulit, ubi Wlstanus monachos posuerat, et privilegio sanctitatis sue muniverat. Illud Samson dirupit, nec multis post annis in eadem villa, qua culpam commiserat, excessit.

Post ejus mortem, qui dono Willielmi juniores

episcopi acceperat, data est eadem sedes ab Henrico rege Thulso Bajocensi aequo canonico, qui antecessori suo non absimilis moribus, eodem rege regnante diem clausit. Sepulti sunt ambo in navi ecclesiae ante crucifixum.

Præsulatus tunc a rege datus est Simoni, capellano reginæ Adelidæ, quæ post prioris uxoris mortem Henrico nupserat. Simon igitur affabilitate et morum dulcedine, munificentiaque quoad res episcopatus angustæ pati possent, insignis habetur.

Post eum successit Alfredus, capellanus regis Henrici Junioris. Diœcesis Wigorniensis pagos habet: Gloucestrensem, Wigornensem, Warwicensem dimidiū. Gloucestria est civitas super flumine Sabrina posita, putaturque a Claudio nominata, qui secundus Romanorum imperator post Julium Cæsarem Britanniam adiit. Denique Britannice vocabatur Aircaluu. Meminit quoque Seneca in lib. De morte Claudi, « barbaros in Britannia eum pro Deo colere, et in honorem ipsius civitatem ædificare. » Ab ea civitate tota regio vallis Gloucestrensis vocatur. Terra omnis frugum opima, fructuum ferax hic et sola naturæ gratia, illic culturæ solertia, ut quamvis tedium per socordiam provocet ad laboris illecebrem: ubi centuplicato senore responsura sit copia, cernas tramites publicos vestitos pomiferis arboribus non insitiva manus industria, sed ipsius solius

A humi natura. Ipsa se terra sponte subrigit in fructus eosque sapore et specie cæteris plurimum praestantes, quorum plures ante annum marcescere nescio, ut omnes usque ad novos successores præstant officium. Regio plus quam aliae Anglie provincie vinearum frequentia densior, provenit uberior, sapore jucundior. Vina enim ipsa bibentium ora tristi non torquent acreidine, quippe quæ parum debet Gallicis dulcedine, villæ innumerabiles, abbates præstantes, vici frequentes, quibus omnibus accessu ad gloriam, fluvius Sabrina, quo nullus in hac terra alveo latior, gurgite rapacior, arte pisciosior. La re quotidiana aquarum furor, quod utrum voragine vel vertiginem undarum dicam nescio, fundo ab inveniens arenas et congregans in cumulum cum impetu venit, nec ultra quam ad pontem pertendit, nonnunquam etiam ripas transcendit, et magna vi parte terræ circuita victor regreditor. Infelix natis si quam a latere attigerit! nauis cere gravi cum vident illam Digram (sic enim Anglie vocant) venire, navem obvertunt, et per medium seantes violentiam ejus elidunt. In eadem valle est vicus celeberrimus Bristol nomine, in quo est navis portus ab Hibernia et Noregia, et ceteris transmarinis terris venientium receptaculum, ne scilicet genitalibus divitiis tum fortunata regio, peregrinarum opus fraudaretur commercio.

DE MONASTERIIS.

Est ergo in ipsa civitate Gloucestria Sancti Petri monasterium, quod ibi Aldredum archiepiscopum incepisse non semel dixi. Paucos ibi et non plus quam tres monachos iuuenit abbas Serlo a rege Willielmo seniore donum exile adeptus. Sed quantum Dei gratia cum illius conspirans industria locum extulerit, illum quis congrua explicet facundia? Nota est Gloucestrensis religionis discretio, quam infirmus possit suspicere [al. suspicere], nec validus possit contempnere. Hoc illis signifer intulit Serlo, ut: « Ne quid nimis, quamvis ut erat bonis humilis, ita minax superbis et terribilis. Contra freuunt de sancto Oswaldo canonici, quod terras quæ suæ deberent famulari ecclesiæ Thomas archiepiscopus monachis dederit. In eadem enim urbe tempore regis Elfredi filia ejus Elfeda cum conjugé suo Ethelredo monasterium ædificaverant, nulla parcimonia sumptuum, nulla inopia victualium, illueque ex Bardanio reliquias Oswaldi regis transtulerant, quod omnis Mercia pareret imperio. Floruit id coenobium ad tempus Danorum, sicutque affinitate arctissima nostro, id est Malnesberiensi conjunctum, sicut in archivis utrinque reperitur ecclesiæ. Sed monachis vi hostilitatis dilapsis, dum archiepiscopus Eboracensis occasione Wigorniensis episcopatus monasterium illud habuisse, canonicos recepit, præcipuamque ibi Turstanus archiepiscopus exhibuit diligentiam, et in scrinio sancti renovando, et

C in ecclesia dilatanda, ubi cum veteribus fundatis deturbatis nova jacerentur, iuuent sunt amborum conjugum in porticu australi sepulta, et corpora antiquam reverentiam prætendentia. De beatissimo sane Oswaldo in libro Gestorum regalium plura dixi; dubium mihi esse pronuntians, ultimam brachia apud Bebenburch servarentur, sicut Bedam dixisse memineram. Verumtamen, quid de his postea cognitioni meæ accesserit, cum ad locum venero, non tacebo. In eodem pago est Wincelbense monasterium, quod Kenulfus rex Merciorum construxit, ingenti, et temporibus nostris incredibili munificentia, fecitque dedicari ecclesiam a XIII episcopis, quorum princeps Wilfridus Cantuarie archiepiscopus. Ibi in illa dedicationis pompa in decem ducum conventu manumisit ad altare regem Cantuariterum, quem nuper belli jure cepersit captivum. Ibi præter illa xenia, quæ magiales susperant, inestimabilis scilicet numeri et prelii, erogavit omnibus, qui agros non habebant, libram argenti, presbyteris marciam auri, monachis solidum unum, præterea toti populo plura. Hoc monasterium, ut semper mortalia labuntur in decursu, tempore regis Edgari solo fere nomine staret, per beatum Oswaldum archiepiscopum nonnulli resstatutum est. Factus ibi Germanus abbas, quem de Floriaco secum adduxerat, magno adjumento finit et religioni et restauratiōni Ecclesiæ. Ibi requiescit

pater Kenulfus cum filio Kenelmo, quem genitor septennem Quendridæ sorori reliquerat alendum. Sed illa falso cupiditati sua regnum pollicita, fraterculum tollendum e medio satelliti, qui alumnus erat, commendavit. Is insontem quasi venatum ducens, inter fruticeta obtruncatum occuluit. Et mirum dictu quod fraus tam celate in Anglia commissa Romæ divinitus innotuit; siquidem membrana super altare Sancti Petri columba superne ferente delapsa, necis et sepulture loci per ordinem index fuit. Quæ quod elementis Anglicis era conscripia, a Romanis et aliarum gentium hominibus, qui aderant, frustra legi tentata. Sed salubriter et in tempore astitit Anglus, et latialiter linguae involucrum evolvens, effecit ut apostolici epistola regibus Anglis compatriotam martyrem indicaret. Quocirca frequenti cœtu pueruli corpus lavatum, vehebatur Wincelcumham. Ita clericorum vocali cantu, et laicorum alaci plausu parricida semina commota, e fenestra cœnaculi, in quo stabat, caput extulit, et forte psalmum cantabat: *Deus laudem meam* (*Psal. cviii*). Quem a fine nescio quo præstigio retrogradum dicens, nitebatur letitiam cantantium insinmare. Tum vero vi divina lumina veneficæ cavis orbibus evulsa crux versum polluerunt: *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum, et qui loquuntur mala adversus animam meam* (*ibid.*). Cruoris signa exstant bodie immanitatem muliercula, et Dei ultione spirantia.

Est et monasterium Theokesberie, quod noviter Robertus filius Hamonis favore suo provexit, nec facile memoratu, quantum exaltavit, ubi et ædificiorum decor, et monachorum charitas adventantium rapit oculos et alicet animos. Fuerat illud primitus apud Craneburnam; sed abbatis Giraldi provisione, provinciæ fluminis opportunitate, et Dominicarum terrarum contiguo, Theokesberiam aptius locari visum. Simul et videbatur voluntati religiosæ nomen appludere, quod Theokesheria dicatur quasi Theotocosbiria, id est Dei genitricis curia, vocabulo ex Graeco et Anglo composito. Incredibilem nostris temporibus in eadem provincia Malvernense monasterium, quod mihi per antiphrasin videtur sortitum esse vocabulum. Non enim ibi male, sed bene et pulcherrime religio vernal, ubi ad immortalem spem commemoro, dum mortalium rerum penuria monachos trahit et animat. Habet etiam Wigorniensis provincia abbatiam Eveshamensem, Perscoreensem. Eveshamum fundavit beatus Egwinus episcopus, de quo quid miraculi sit, quod Beda tacuerit, nondum per me potui advertere vel per alias addiscere, præsertim quod cum Kenredo rege Merciorum et Offa rege Orientalium Anglorum Romam iverit, quorum profectionem historicus non siluit. Verumtamen quæcumque res hanc tacituritatem imperaverit, con-

A stat eum tertium Wigornientium praesulē tuisse, locum illum, quo nunc cœnobium visitur, peculiariter amasse, incultum antea et spinetis horridum, sed ecclesiolum ab antiquo habentem, ex opere fortissim Britannorum. Eo loci vir sanctissimus, dum solitudine invitante frequentaret excubias, Dei genitricis visione et allocutione mulceri meruit, plane et absque scrupulo præcipientis, ut ibide sibi fundaret cœnobium futurum sibi gratiosum, illi negotiosum. Institut ille jussis, et complexis opus, apostolicis et regis privilegiis corroboravit. Quid illud? credendumne putatur, quod tradit antiquitas? peccatorum juvenilium quondam concium, pedes compedibus irretiisse, clavibus compedum in amnem jactatis palam dixisse, tunc se demum de peccatis securum futurum, cum compedes vel divinitus, vel ipsis reserarentur clavibus, ita Romanum profectum prospereque reversum. Jam vero in illo mari, quo a Gallico continentis Angliam navigio transmittitur, cum navigaret, immanem pisces saltu puppim, qua pontifex vehebatur, ingressum certatimque admittibus nautis retentum. In ejus exenterati jecore clavem repertam, seræque compedum appositam, sancto soluto securitatis plurimum donasse. Nominalissimus profectio Pater est, et potentibus exorabilis, si credulitas rogantium non titubaverit. Impiebis et tu laude tua hujus paginulae partem, qui cœnobium idem illustras, Felix puer Wolstane filii Wimundi, filii Wictlafii, regis Merciorum, et Ethelredæ filiae Celwisi, qui fuit patruus Kenelmi. Te, inquam, non facelo, quem Berserthus cognatus nefarie intererit. Norintque posteri, si qui has cognitione dignas litteras putaverint, nihil in saeculo indole tua gloriosius, qua irritatus lauso te morti dederit, nihil in Deo puritate tua innocens, qua invitatus internus arbiter te glorificaverit. Nam cœlo dimissa columna lucifera, densæque noctis diruinpens pallia, profundæ caveæ scelus detexit, carnificis nequitiam arguit. Quapropter venerandæ reliquiæ levatae parentum obsequio, Rapendue locatae sunt, tunc temporis famoso monasterio: nunc est villa comitis Cestrensis, cuius gloria pro situ vetustatis exoleta. Nunc Evestamini, ut dixi, inhabitas, dignus qui faventum votis senatus indulges. Perscore fundavit et perfecit cœnobium tempore regis Edgari Egelwardus dux Dorsatensis minime parcus animo, sed effuso in largitatem studio. Verum et illud, ut cetera, quanto succubuerit detimento miserabile, plus sui medietate diminutum. Partem divitium occupavit ambitio, partem sepelivit oblivio, majusculari proportionem reges Edwardus et Willielmus contulere Westmonasterio. Habentur hic aliquanta felicis Edburgæ ossa, celebranturque instanti reverentia, quod ibi frequentiori quam alias miraculorum meruit gloria.

DE EPISCOPIS HEREFORDENSIBUS.

Trans Sabrinam pene collimitatur Wallensibus civitas Dereford, non grandis, quæ tamen fossatorum præceptorum ruinis ostendat se aliquid magnum fuisse. Hujus a principio hi fuerunt episcopi : Putta, Tirtel, Tortere, Walstoch, Cuthbert, postea Cantuariensis archiepiscopus. Cujus eximiam in rebus ecclesiasticis diligentiam, cum in archiepiscoporum rebus sermo versaretur, edisseruit; sed et versus isti nuper mihi visi antiquitatem viri quantunque antecessores suos honorificaverit insinuabunt, et si quid ab eis ad ornatum domus Dei cœptum, ipse suo studio perfecerit.

Hæc veneranda crucis Christi veneranda sacraæ Cœperat antistes venerandus nomine Walstod Argenti atque auri fabricare monilibus amplis. Sed quia cuncta cadunt mortalia tempore certo, Ipse opere in medio moriens, e carne recessit. Ast ego successor præfati præsulis, ipse Pontificis tribuente Deo qui munere fungor, Quique gero certum Cuthbert de luce vocanen, Omissum implevi, quod cœperat ordine pulchro.

Iem super sepulcrum antecessorum.
Qui quondam exsisterant famosi, altius per orbem, Corpora sena tenet hominum, hic marmor obumbrans. Tumbaque mirifice præsens subricata decore Desuper ex alto cohabet cum culmine tecta Hos ego Cuthbertus sacri successor honoris Inclusi titulus, exornavisse sepulcris : Pontifices ex his ternos sancta insula cinxit, Nominis sunt quorun Walstodus, Torhere, Tirhul. Regulus est quartus Milfrith cum conjugé pulchra Quenburga, exstitit e senis hæc ordine quinta. Sextus præterea est Oselini filius Offrith.

Post Cuthbertum, Podda, Eccda, Cedda, Altbertus, Esne [al. Ene], Celmundus, Utel, Wiflard, Benna, Edulf, Cutulf, Mucel [al. Mutel], Deorla, Cuemund, Edgar, Tidhelm, Wifelm, Alfricus, Athulfus, Ethelstan, Leovegar. Hunc tempore regis Edwardi Griffin rex Walensium urbe cremata expulit sede et vita.

Walterus successit, qui a Nicolao papa Romæ sacratus, pertendit ad quintum annum Willielmi regis, et cum indecoro exitu, nisi fama mentitur, decessit. Erat in villa muliercula, quam nescio quo infortunio ex occursu visam, multo arsit tempore. Ignorabat illa flammas pontificis ; et si sciret, contemneret : « Intera tæpe cogitans pontifex quod nihil est miserior quam senex amans, » luctabatur pro ætatis et gradus reverentia morbum depellere. Probeque jam convalescerat, et virtus furor terga dererat, cum ex occasione quam diaboli fraus admiséravit, intra cubiculum illam accersit. Subiecta causam [al. suberat causa], ut cubiculariis vestes incideret, dicebatur enim offici perita. Illa ingressa, et operi propter quod venerat intenta, clientes secretorum consili agnitive facto discedunt. Tum ne multis morer, episcopo post obscaena dicta vim inferre paranti semina forcipibus, quas tenebat, inguina suffudit. Ruinor criminis et ultionis totani pervagatus Angliam, regis quoque aures attigit. Ille dignitate regia credulitatem dissimulans, ne vel cæteri disseminarent, gravissimo coercuit edicto.

A Non multo post accepit sedem illam Robertus Lotharingus, qui ibi ecclesiam tereti ædificavit schemate, Aquensem basilicam pro modio imitus suo: omnium liberalium artium peritissimus, ab acme præcipue, et lunarem compotum et cœlestium astrorum cursum rimatus. Erat tunc temporis monachus Marianus [al. Marinianus] apud Magontiam inclusus, qui longo solitudinis otio chronographos scrutatus dissonantiam cyclorum Dionysii contra evangelicam veritatem, vel primus vel solus animadvertisit. Itaque ab initio sæculi annos singulos recensens, xxii qui circulo deerant, superaddidit, magnam et diffusissimam chronicam facere adorsus. Eum librum Robertus miratus unice, æmulatus mirifice Anglie invehendum curavit. Denique captus

B Marianus ingenio quidquid ille largius dixerat, in arcuum contrahens defloravit. Adeo splendide, ut magis valere videatur defloratio, quam ingentis illius voluminis diffusio. Præ cæteris contemporaneis episcopis sanctissimum Wistani familiaritati deditus erat, quem et vicinitate præsulatus attingebat. Remotis ergo sappissime forensibus negotiis domesticum illi contubernium præstabat, delectatus vita illius puritate, et innocentia, quem quamvis ante se extulerit, non tamen socialis amoris viuclum mors illius prolongata corrupit. Decumbebat Wistanus Wigorniæ, beato jam proximus fini : Robertus in curia invitus duntaxat regalia placita transigens, astitit ipsi in visu dicens omnino intelligibiliter : « Si me vis videre vivum, festina venire Wigorniam, antequam obeam. » Quo viso petita, a rege licentia, venire festinabat concitus, nulli quieti sive die vel nocte indulgens. Metus enim pius præsagium, quod res firmavit, infuderat, ne non superstitem inveniret. Longiuscule enim fuerat curia. Et jam in mansione proxima Wigorniæ somno deditus, iterato videt Wulstanum dicentem : Nihil minus quam pius amor poscit, fecisti ; sed frustratus es desiderio tuo. Jam enim migravi, tu modo, amice sodalis, vita tua consule, provide saluti, quia non longas moras post me facies in hac luce, et ne phantastica visione te credas iHudi, signum accipe : Postquam eras corpus, quod jam triduo tuum sustinet adventum, terra mandaveris, dabitur tibi xenium ex parte mea, quod meum esse cognosces. Ita pontifex expergesfactus viam peregit, Wigorniam venit, officium sepulturæ implevit, re omnibus relata. Jamque valedicio monachis meditabatur discedere, calciatumque calcaribus equus operiebatur, cum prior loci genibus ejus reverenter affusus prætendit xenium dicens : « Accipite [al. accipe] domine, si vobis placet, amatoris vestri cappam agnini pellibus insultam, qua induitus æquitare solebat ; quæ et longum vestrum testetur amorem et sanctitatis Domini nostri mercantur protectionem. » Hoc ille auditio et munere recognito impalluit, gelidusque cucurrit per ossa tremere ; sta-

C C

D D

timque dilata profectione, concionem monachorum accivit in capitulum, lacrymis et suspiris quantum res exigebat, referens quanta veritate somnium et factum quadrassent. Itaque omnibus sua morte commendata discessit de admonitione quidem laetus, sed semper sancto timore sollicitus. Januario mediante Wistanus transiit, nec Robertus Junium transcendit.

Girardo successori ejus in Eboracum translato.

Sucessori jussus est a rege quidam Rogerius Lardarius. Sed is nullo pontificali munere suscepto infra octo dies electionis apud Londoniam, ubi tunc erat curia, defunctus est : Mandato ante archiepiscopo Anselmo (Deus bone quam mira ineptia !) ut se in episcopum consecraret antequam moreretur, eoque anxie et instantissime postulato, quam hominis fatuitatem nullo relato responso sanctus antistes solius modestia risus insinuavit.

Tunc statim electus est Rainaldus reginæ cancellarius, ut mortui locum teneret. Qui secundum morem, quem rex legitimum tunc arbitraretur, per principem annulo et baculo investitus, ubi benedicere illum et ceteros sic investitos, archiepiscopo recusante, perperam se fecisse intellexisset, ulro nec rogatus, nec jussus retulit annulum et baculum regi. Quo circa amicitiae regalis extorris curia quoque arceri jussus est. Tacite id ille et patienter tulit, donec dulciori aura cor regium serenante, legitime introductus et honorifice consecratus est. Mansit in episcopatu magna' modestia, tum virtutibus ceteris, tum compunctione timoris Dei ubique et maxime inter missarum agenda lacrymis irriguus, nullius mali opinione infamis, nisi quod minus quam debeat, et citra facultatem suam esse dapsilis dicebatur.

Decessit post paucos annos vitio podagræ, accepitque successorem Gausredum cognomento de Diva non plus quinque annis, vulgatissimo jam per ora hominum infortunio, ut non diu quisquam episcopus apud Pereford supersit. Bonus quidem et ille continentissimusque indiferenter cibis et vestibus, que minori pretio taxarentur, utens, agriculturæ

A studens, terras episcopatus, quæ ante exactionibus vectigalium multum læsæ fuerant, reparavit et prœvexit. Quare et farre et ceteris, quæ victimum ministrant, sufficiens paulo tenacioris animi ad pauperes fuit, lacerandam ergo famam suam merito præbuit, quod nulla misericordia erga egentes motus magnam copiam victualium nulli hæredi reliquit.

Datus ergo est epicopatus a rege Henrico Richardo clero de sigillo, qui non multis annis superfuit.

Tum demum bono (si Deo placet) omne electus est factusque præsul Robertus prior canoniconum de Lantoni, qui hodieque superest, cuius facta posteri judicabunt. Nunc plane illi benignum fama stravit iter, ipsum esse religiosissimum, in victu et vestitu abstemium. Apostolicæ certe curiae ita notus, ut ei post legatum et archiepiscopum omnes dispositiones suas in Anglia injungat. Ornat episcopalem sedem reliquiis suis rex et martyr Egelbrithus apud Orientales Anglos natus et principatus : hunc rex Merciorum Offa pro confirmatione (ut putabat) et proiectu regni nullis extantibus causis permit, nefariam rem in procum filiæ machinatus. Invasitque continuo eo mortuo regnum Orientale, invasionis hæreditatem transmittens in successores. Verum mors Egelbrithi innocua morte Offa non multo post subsecuta, et eiusdem filii brevi regno creditur vindicata. Quin et Deus adeo evidentibus signis sanctitatem ejus notitiae civium tradidit, ut tantæ dignitatis episcopatus sub ejus consecretur nomine. Est ergo martyr, et creditur non rationibus humnabis, sed virtutibus divinis. Nec ineptum videri debet aut incongruum quod antecessores nostri probi præsertim et religiosi viri vel taciturnitate toleraverunt, vel auctoritate roboraverunt. Nunquid enim beatus Dunstanus, ut ceteros omittam, in quem se scientia litterarum et Dei gratia pleno sinu infuderat, pateretur vel Kenelmum vel Egelbrithum vel Wistanum coli ut martyres, nisi ei gratum esse constaret apud cives cœlestes ? Succumbat ergo mortalis sententia ubi Dei favor ostenditur per miracula.

DE MONASTERIIS.

In diœcesi præsulatus sunt duo cœnobia : apud Scobesberiam, et Wenloch. Scobesberiensium recentis est a Rogero comite de monte Gomerico constitutum. Ibi monachos locavit ex Sagio, angusto victu et amictu ; sed qui has æruminas spe futuræ mercedis laetus animis parvipendant. Apud Wenloch fuit antiquissima sanctimonialium habitatio. Ibique beatissima Milburga soror sanctæ Mildredæ [al. Mildridæ] neptis Pendæ regis Merciorum ex filio transegit vitam, et sita est. Sed locum omnino desertum predictus comes monachis Cluniacensis implevit, ubi modo speciosa germina virtutum cogantur in

D cœlum. Enimvero sepulcrum virginis clam erat novis advenis, omnibus videlicet vetustatis monumentis violentia hostium et temporum deletis : et Noviter vero dum inchoata novi templi fabrica, quidam prius per pavimentum concitatius cursitaret, effracta mausolei sovea propalam corpus virginis fecit. Tunc balsamici odoris aura per ecclesiam spirante altius elatum tot miracula præbuit, ut catervatim eo populorum undæ confluente, vix patuli campi capiebant populorum agmina, dum æquoibus dives et mendicus se agerent, cunctos in commune præcipitante fide. Nec cassum eventum res habuit,

ut nullus exinde nisi extincta vel mitigata valeat. A dictis sane incurabilis per merita virginis relidine discederet, nonnullos etiam regius morbus queret.

DE EPISCOPIS LICEFELDENSIBUS ET CESTRENSIBUS.

Licetfeld est villa exigua in pago Standsfordensi longe a frequentia urbium. Nemorosa circa regio: rivulus aquæ propter fluit, ecclesia angusto situ erat, antiquorum virorum mediocritatem et abstinentiam præferens. Locus pudendus nostri ævi episcopis, in quo episcopalis dignitas diversari deberet. Ibi, ut prædictum est, sanctissimus Ceda et sedit et obiit. Nam præter duos episcopatus Merciorum, quos supra recensui, tota reliqua provincia Merciorum, et Lindisfarorum primis annis Christianitatis unum habuit episcopum, singulos singulis succedentes, quorum haec sunt nomina: Diuma, Cellah, ambo de Scotia. Post hos Dumhere natione Anglus, Laruman; Ceda, cuius fuit sedes, ut dictum est æpe, apud Licetfeld. Ceddæ substitutus Theodorus archiepiscopus Wilfridum, qui diaconus antecessoris sui fuerat; et huic Sexwifum. Sexwifus duo successerunt, Hedda apud Licetfeld; Wilfridus apud Legecestram. Wilfrido vi hostilitatis dejecto ambas tenuit parochias Hedda; et post eum Aldwinus. Quo defuncto tres facti sunt

episcopi in illa diœcesi: Wita Licetfeld; Totta Legecestra; Ethead Dorcestræ. Licetfeldenses hi fuerunt episcopi. Post Witam Heinel, Guthfrid, Berthum, Aldulf, qui tempore Offæ regis accepit pallium; Rewin, Herkenwald, Humbert, Cinebert, Tunfrith, Elle, tempore regis Elstani; Elgar, Kinsi, Wisi, Elfeth, Godwine, Lefgar, Brithmar, Wisi, Lewine. Petrus, hic tempore regis Wililimi senioris derelicta Licetfeld migravit in Cestram, quæ abest ab eo loco millibus quinque et viginti. Cestra legionum civitas dicitur, quod ibi emeriti legionum militarium resedere: collimitatur Aquilonaribus Britannis. Regio farris et maxime tritici, ut pleraque Aquilonium, jejuna et inops, pecorum et piscium feras. Incolæ lac et butyrum delicias habent; qui ditiores sunt carnibus vivunt, panem hordeaceum et siligineum pro magno amplectuntur, transmittunt a Cestra Hyberniam, revehunturque civitati necessaria ut, quod minus natura soli habeat, labor negotiantum appetat.

DE MONASTERIIS.

In urbe fuit ex antiquo, sanctimonialium monasterium, nunc per Hugonein Cestrensem comitem monachis repletum. Prædicatur ibi Wereburga virgo filia Wilferii regis Merciorum, et Ermenilde filie Sexburgæ, quæ fuit filia Annæ regis Orientalium Anglorum, et uxor Erkomberti regis Cantuariorum. Wereburga cælibatum professa in illa civitate plurimo temporum curriculo bonis emicuit virtutibus, cuius unum narrò miraculum, quod ab incolis celebritate sui famam et memoriam meruit. Rus extra mures habebat, cuius segetes depascebantur auctæ sylvestres. Villicus cuius officii intererat omni cura abigere, sed parum promovere. Quare dum herili assistenter obsequio, hujuscemodi rei inter cæteras diei fabulas subintulit querimoniam. Vade, inquit illa, et include omnes in domo. Stupefactus agrestis novitate præcepti ludere putabat dominam; sed illa constanter et serio præcipiente, ad segetem reversus ubi predictas improbas primum conspicatus est, ut se ex præcepto heræ sequerentur, clara edixit voce. Tum omnes grege facto collis demissis hostem seculæ lecto inclusæ sunt, quarum unam præsumpsit rusticus ad cœnam, nullum accusatorem scilicet veritus. Diluculo venit virgo, et de rapina rerum alienarum volucres increpitans, fugam capescere imperavit. Nec desuit aliiibus sensus, quæ se integras non esse scirent, quin circa dominæ pedes circumantes, nec usquam prodeentes, querela, qua poterant, pietatem virginis excitarent. Illa, Deo sibi revelante, intelligens non ex nihilo esse tantam querimoniam avium, villicum sedulo percunctata furtum

cognovit. Jubet oesa recolligi; nec mora, signo virginæ manus medicante, cutis et caro ossibus superducta, cutis cœpit plumescere, donec ales animata, saltu primo alaceri, mox volatu se libravit in æthera. Secutæ sine cunctatione ceteræ constante jam numero, exhibito prius liberatrici venerationis officio. » Ilujus virginis apud Cestram prædicantur merita, extolluntur miracula. Cumque omnium petitioni sit incunctanter favorabilis, tum maxime orationes seminarum et puerorum vicino et consilio auxili pede attingit.

In eadem civitate, ut dixi, fecit Petrus ep. scopus sedem in ecclesia Sancti Petri, positis paucis canonicis.

At vero successor ejus Robertus iterum sedem in Coventriam migravit. Erat in diœcesi Cestrensi Coventriæ cœnobium a magnificissimo comite Leofrico et uxore Godiva constructum, tanto aeri et argenti spectaculo ut angusti viderentur ipsi parietes ecclesiarum thesaurorum receptaculis, miraculo porro visentibus oculis: hoc Robertus inibi ex ipsis ecclesiæ gazas sic cepit, unde regis occupationes falleret, unde Romanorum aviditati irrepereret. Ex una enim trabe quingentas marcas argenti corrasit, quæ scrinia sustentabat. Plures ibi moratus annos, nihil probitatis exhibuit loco: adeo tecta ruinam minantia nunquam exemit periculo, adeo sacras opes dilapidans peculatus crimen incurrit repetendarum [al. repeiundarum] reus futurus episcopus, si esset accusator paratus. Monachos miserabiliter stipe cibans nec regularis ordinis amorem ca-

ravit accendere, nec nisi ad popularem litteraturam passus est aspirare, ne vel eborum affluentia delicates, vel regulæ rigor et scientiæ vigor redderet elatos contra se. Agresti igitur victu et triviali litteratura contenti satis habebant si vel quiete vivere posset. Quin etiam moriens non apud Cestram sed apud Coventreiam se tumulatum iri precepit, sua opinione relinquens successoribus non indebitum jus calumniandi sed quasi legitimum vindicandi.

Ei successit alter Robertus cognomento Peccam ex capella Henrici ad episcopatum datus, vixit paucis annis et ibidem sepultus est, prædecessoris sui quod ad vixit sedulo simulatus vestigia.

Nunc est ibi Rogerus episcopus ex dono ejusdem regis nepos cuiusdam Galfridi de Clinton, magni quondam in Anglia nominis. Coventriæ habetur B brachium magni Augustini theca inclusum argentea.

A Cernunturque in celatura hujusmodi litteræ : hoc brachium S. Augustini, Egelnodus archiepiscopus rediens a Roma ad Papiam emit centum talentis argenti, et talento auri. Ibi ergo jacet episcopus Robertus non ita infamis in omnibus, nam et jucundus dicitur et dapsilis, et magnarum apud Licefeld ædificationum inchoator exstitit. In ambabus porticibus Coventriæ jacent ædificatores loci præcellentissimi conjuges, quorum maxime prædicatur femina, quæ cum thesauros vivens ibi totos congesisset, jam-jamque moritura circulum gemmarum, quem filo insuerat, ut singularum contactu singulas orationes incipiens numerum non prætermitteret; hunc ergo gemmarum circulum collo imaginis sanctæ Mariæ appendi jussit. Sed quam pretiosarum putas geminarum? profecto a gñaris centum marcis argenti æstimentur.

DE EPISCOPIS LEGECESTRENSIBUS.

Legecestra est civitas antiqua in mediterraneis Angliæ, a Legra fluvio præterfluente sic vocata; cuius episcoporum nomina solum ponam, quod de ipsis nihil aliud ad nos manavit

Totta, Edbertus, Unwina, Werenberth, Bethum, Aldred, Celred, Leovinus hic tempore regis' Ædgar conjunxit episcopatus Lindisfarorum qui nunc dicitur Lincolnensis et Legecestrensum.

DE EPISCOPIS DORCESTRENSIBUS SIVE LINCOLNIENSIBUS.

Dorcecestria est villa in pago Oxenfordensi, exillis et infrequens : majestas tamen ecclesiarum magna, seu veteri opera, seu sedulitate nova.

Ibi post Hedhedum hi fuerunt episcopi : Epelpine [al. Edelwine], Edgar, Kinbert, Alpith [al. Alwith], Aldulf, Celnulf, Edulf, Brihtred, Leovine. Ille est ille, qui ambos conjunxit episcopatus. Elfnod, Esopi [al. Eswi], Efselm, Ednod, Etheweric, Ednod, Wluin, Remigius ex monacho Fiscannensi, qui Willielmo comiti Normannorum in Angliam venienti auxiliu in multis præbuit, episcopatum si vinceret pactus. Nec fuit Willielmus seignior in dando quam Remigius in accipiendo. Cum cum unde Alex. papa, ut jam dixi, convicisset et adjudicasset, rogatu tamen archiepiscopi Lanfranci honori restitutus. Ille primis annis egregia apud Dorcestram meditatus, et aliqua sacre ingressus, novissime curauit omnem et sedem transtulit ad Lindcolniam civitatem unam ex populosisoribus Angliæ, emporium hominum terra marique venientium. Ibi Remigius in honorem dominæ matris fundatam ecclesiam canonicis multis implevit, et ipsis litterarum scientia et divitiarum affluentia, quas ex suo coemerat, eminentibus, cœnobium monachorum apud sanctam Mariam de Stou ex novo fecit : alterum apud Bardenei ex veteri favore suo innovavit. Quod eo jucundius erat, quia ipse pro exiguitate corporis pene portentum hominis videbatur, luctabatur excellere et foris eminere animus, eratque

Gratior exiguo veniens e corpore virtus

Quem ideo natura compaguisse videtur, ut sciretur beatissimum ingenium in miserrimo corpore habi-

tare posse. Feliciter ergo acta vita in ipso apparatu consecrationis sue Lindcolniam pridie futuræ dedicationis ænula illum mors tantis gaudiis subtraxit. Nam et magnanimi viri hortatu omnes undique pontifices regium edictum acciverat. Solus Robertus Herefordensis venire abnuerat, et certa inspectione siderum dedicationem tempore Remigii non processuram viderat, nec tacuerat.

Tunc ergo rem dilatam successor ejus non graviter explevit, utpote qui in labores alterius delicatus intrasset, Robertus Bloet homini nomen, vixit in episcopatu annis paulo minus xxx discessit procul sede apud Doodflocke, ubi, cum regio lateri cum alio quodam episcopo adequaret, subito fato interceptus est. Cætera satis suis hilaris, et parum gravis : negotiorum scientia sacerdotalium nulli secundus, ecclesiasticorum non ita, ecclesiam cui sedit ornamenti pretiosissimis decoravit. Defuncti corpus exenteratum, ne tetris nidoribus vitiaret aerem, viscera Egneshani, reliqua Lindcolniæ sepulta sunt. Monachos enim qui apud Ston fuerunt, vivens Egnesham migraverat. Notum est autem monachos Egneshamenses Dominae nostræ devotos, et ab ea dilectos. Denique, cum præterito anno quidam eorum adolescens decumberet, conspicatus est eam sibi auxilio adventantem turbas dæmonum qui convenerant, effugare. Quos ille digito præsentibus ostendens, benedictæ aquæ aspergine rogabat abigi. Ibi ex una parte propulsati, statim alibi aderant. Verumtamen, potenti imperatrice adveniente, omnes evanuere. Tum ægrotus prorsus quasi incolumis canora voce responsorum incœpit : *Gaudete, Maria Virgo*. Cumque

medium fecisset, vi morbi vel potius oblivionis vitio bresit; sed ab astante monacho admonitus memoria recollectus, itaque cum extre:uo verbo ultimum exhalavit spiritum. Ilac igitur occasione de hac cœnobio prælibata, cætera in Lincolnensi diœcesi sita stylo pervagabimur.

Fuit antiquitus in Oxenfordensi civitate monasterium sanctimonialium, in quo requiescit Frideswida [al. Fritheswida] virgo sacratissima, regis Alia, regis toros despexit, integratem suam Domino Christo professa. Sed ille cum ad virginis nuptias appulisset animum, precibus et blanditiis inaniter consumplis, vi agere intendit. Quo Frideswida cognito, fugæ in sylvam consuluit. Nec latibulum latere potuit amantem, nec cordis desidia obsuit, quia persequeretur fugitatem. Iterato ergo virgo juvenis furore comperto, per occultos tramites Deo comitante Oxenfordiam ingressa est nocte intempesta. Illuc cum mane curiosus amator devolasset [al. advolasset], puella jam de fuga desperans, simulque pro lassitudine nusquam progreedi potens, Dei tutelam sibi, prosecutori poenam imprecata est. Jamque ille cum comitibus portas subibat urbis, cum colesti plaga irruente cæcitatem incurrit. Intellectoque pertinaciæ suæ delicto, et Frideswida per nuntios exorata, eadem celeritate, qua perdidérat, lumen accepit [al. recepit]. Hinc timor regibus inolevit Angliæ, illius urbis ingressum et hospitium cavere: quod feratur pestifer esse, singulis refugientibus sui damno periculi veritatem rei experiri. Ibi ergo femina virginis triumphi compos, statuit monasterium et diebus suis sponso vocante subivit fatum. Tempore vero Egelredi, cum Dani neci adjudicati in monasterium illud confugissent, pariter cum domibus insatiabili ira Anglorum flammis absuopti sunt. Sed mox regis poenitentia purgatum sacrarium, restitutum monasterium, veteres terræ redditæ, recentes possessiones additæ. Nostro tempore, paucissimis ibi clericis, qui pro libito vivent residuis datus ille locus a Rogero Salesbriensi episcopo Guimundo excellentis litteratura et non aspernanda religionis canonico: Qui non inoperose commisso insundans muneri multos ibi canonicos regulariter victuros Deo exhibuit.

Pagus Bedfordinus continet abbatiam Sancti Albani. Is non mercenarius nec futilis martyr habet laudatores et testes martyrii præcipios, Bedam et Fortunatum, quorum copiæ si vellem aliquid adjicere, tale esset ac si cuperem mari aquas infundere. Corpus sanctissimum, quod diu in terre pulvere jacuerat, rex Offa in scrinio collocatum erexit in lumen, basilica pulcherrimi operis, et monachorum numerositate honoravit. Nec res est in ambiguo cum Bathoniæ consistentem admonitum sonnio, quinque illuc iter ageret, essetque vir in proximo lucis in modum ingentis faculae supra locum sepulcri, et noctu et interdiu descendantis animatum indicio. Id cœnobium nunquam omnino ruiva patuit, sed nostra ætate per Paulum abbatem

A agente Lanfranco archiepiscopo in summum anspicium religionis evasit. In Huntendiniensi pago sunt Burch et Ramescia et Croland. Burch olim Medehamstede dicebatur; sed postquam Kenulfus abbas locum muro erexit, a similitudine urbis Burch vocatus est. Ilac beatissimus Æthelwoldus monasterium construxit, adeo elaboratis sumptibus et ampliatis possessionibus, ut pene tota circa regio illi subiectat. Colunt et sovent in eo reliquias corporum suorum virgines eximiae, Kinedreda et Kineswida Pendæ regis filiæ. Ambæ ab infantia Deo dicatae nobile propositum leuuerunt ad senium. Sed junior non solius sui contenta salute etiam Offam sposum cælibatui consecravit, is fuit rex orientalium Anglorum paucis annis, ephœbus jucundi vultus et animi, ætatis floridæ, maximi apud cives amoris, Kineswide, cuius nuptias speraverat, monitu edocet amores mutare in melius. Romanum cum Kenedredo rege Merciorum et Egwinno Wiccorum antistite ivit, ubi attulit in monachum, terrenis suo tempore valefecit. Ornat sodalitatem virginum (ut prædicant) rex sanctus Oswaldus, cuius ibi brachium haberi dicunt, nervis, cuti, carne, integrum ab antiqua requietionis sede furtim ablatum: daturque ostensui scrinium magnum Illius thesauri receptaculum; sed fides dictorum vacillat, ubi nihil auditor visu explorat. Ilac vero nou dixerim, quod de integritate sancti sim dubius, sed utrum eo loci contingatur, nolo esse affirmator præproperus.

C Ramesiensis abbatæ fuit ædificator sanctus Oswaldus Eboracensis episcopus [al. archiepiscopus], cooperante Egwinno quodam orientalium Anglorum comite; laudabilis liberalitate utique prædictabiles, sed maxime laicus, qui hoc loco, quod vidisset antistitem cujusdam principis inferias agentem dulciter desixo in solum lumine ingenuæ illacrymæ, adeo religione ipsius captus est, ut ei omnia sua prona faceret. Sancto ergo favore propensus cœnobium illud opulentissime construxit in palustri quadam uligine situm. Felix ibi orientalium Anglorum episcopus primus de Sebam jussu comitis Egewini asportatus jacet; sed et duo germani Egerredus et Egelbritthus, quos filios patrui sui Egbertus rex Cantuariorum in spem regni adolescere metuens, aliquandiu circa se habitos tandem ab æste frequentia removit, contutum suum eis invidens. Accessit regiae malignitati minister funestus nomine Thunrc, quod tonitruum sonat, qui eos quotidiani deceptos basiis inter amplexus ipsos pugione confudit: interemptos scrobi profundæ, et, ut fertur, sub ipso sedili regis immersit, ne quisquam ibi pueros querendos putaret; quis enim eos ibi quæreret? sed divinus ille oculus, quem arcana cordium non fallunt, tulit insontes in lucem, multas ibi largitus sanitatum copias, præterea terribili miraculo regem afficiens, ut eum supra sedentem afflaret incendium. Vicini ergo commoti, rudera illa tumultuario cespite corporibus injecta effodientes, basilicam eorum martyrio posuere. Ipse rex permis-

tens cædis sorori puerorum partem prægrandem insulæ Tanati ad monasterium delegavit ædificandum pro piaculo interfectoris et interfectorum. Quod cum consueta impudentia Thunre in pravum torqueret subito telluris biau absorptus, videns et vivens intravit infernum. Locus erat sepulcri sanctorum in orientali Anglia, cujus nomen Eastreia. Quapropter comes provinciae Egelwinus de obscura levatos ecclesia celebri pompa Rameiam perduxit. Jam vero illum ei istos præcedit miraculis, transcedit signis, qui jacet ibidem Ivo Persa episcopus. Is quondam pertæsus deliciarum, quas ibi, [al. illi] amplissimus episcopatus administrabat, reliquit claim suis omnia, peregrinationem longissimam tribus tantum sociis aggressus. Multorum ergo annorum iter permensus, et rusticum se habitu pannoso videntibus ementitus Angliam tandem adnavigavit, delectatusque adinodum ignotæ lingue Barbarie, quod quasi fatuus ab omnibus rideretur, in luctosa provincia substitit, ibique vitam suam, quanta fuit, exegit. Secuti ordine, quo Deus præviderat, comites provinciales nec locum sepulti, nec nomen sancti norant. Lapsa sunt inultorum momenta temporum, jacebatque sub oblivionis obscuro cœlestie margaritu. Jam beatus Oswaldus reliquerat terras, jam Egelwinus finem vitæ fecerat; cum autem complacuit ei, qui tempora disponens in mensura et numero et pondere cuncta ordinat, apparuit in visu sanctus Ivo simplicitatis innocentis viro, eique nomen et gradum et sepulcri locum per ordinem exposuit. Iret ergo, et abbati Rameiensi seriem visionis explanans, adjiceret, ut se Rameiam exportato socios ibi relinqueret, non corpus suum locandum in scrinio, sed in loco altari contiguo adeuntibus opportuno, hactenus hæc visio valuit, ut abbatis Rameiensis credulitatem eliceret. Qui sicut ad credendum tardus, ita semel fide concepta, ad facienda quæ visa fuerant, celer et maturus, perfectum est igitur, et sepulcrum quæsitum, inventum apertum, continuoque sancto corpore in linteo exposito, ex ipsis mausolei sinuosis anfractibus erupit unda bullis uberrima lugubibus. Manat ad hunc diem fons dulcis potui, accommodus omnium valetudini, nec potest numero æstimari, nedum comprehendi scripto multitudine per beatum illum sanctorum; adeo ut nullus sit in Anglia sanctus Ivone vel exoratu vel facilior effectu efficacior. Vidi ego quod dicam, monachus quidam morbo intercutis aquæ languebat. Jam turgida pellis in ultum creverat, iam gravis halitus astantes submovebat, ipse sibi epotatus totos amnes, exsiccaturus plena dolia videbatur. Admonitus in somnis ad sanctum Ixonem perrexit, ibique tertio potata aqua undam superflui humoris ore rejecit. Detumuit venter, remarcuerunt crura, et ne plura, totus homo in sanitatem reviruit, tandemque gloriatus est pro tam salubri vomitu se aliquando satiari posse de potu.

Croland est una insularum jacentium in illo tractu

PATROL CLXXIX.

A orientalium stagnorum, que a meditullio terra orientia, et per centum et eo amplius millia fluentia in mare, cum multis et magnis fluminibus impetu suo precipitantur. Illic Guthlacus non dejecta stirpe oriundus ephœbus, spreto usu armorum quo pollebat, cum esset viginti quinque annorum solitariam vitam ingressus quindecim annis deguit. Quibus assistente Dei gratia et sacerdotii gradu et signorum honore et vaticiniorum veritate approbatus est. Sed magis virtutum ejus gratia post obitum splenduit tam sacratissimi corporis post annum incorruptela, quam multorum miraculorum ostensione præcipua; meritis quoque ejus datur, quod ad corpus ejus ædificato monasterio inter tot bellorum turbines, inter tot temporum volubilitates B nullam ærumnam vel detrimentum sui locus ille persenserit. Accessit et novus hospes, sed vetus apud Dominum patronus sanctus Neotus, qui quondam beatissimi Erkenwaldi discipulus apud Cinultelberi maxima semper veneratione habitus est. Sed illuc pro Danorum incursu sublatus, et Croland delatus, modo juncto cum Guthlaco umbone indigenas protegit, advenarum etiam vocibus exorabilis. Quoniamvis enim locus nisi per aquam, nisquam adiri possit, tamen ante portam monasterii publicus, ut ita dicam, præternavigantium rames habetur. Quo sit, ut pene nunquam ibi desint hospites ultra citraque coemeantes. Invenerunt quoque nostra tempora, quem consecrarent martyrem, quod innocenter cæsum fama pronuntiet, quod utinam a veritate non dissideat. Waldefus is est amplæ pro-apiaæ comes, filius Siwardi magnificentissimi Northumbranorum comitis. Hic a Willielmo rege seniore pro ejusdem conjurationis in se facta suspicione comprehensus diu in vinculis tentus, ultimo capite spoliatus est, et apud Croland sepultus. Opiniones Normannorum in malum in gestis regum posui; hic Angli quid de diverso asserant, non lacebo. Angli plurimum veritate præstantes: necessitate comitem in convivio interceptum ad conjurationem solum motu labiorum non voluntate addictum [al. adductum] inuiditatis sacramentum agitasse, eo id fuisse palam, quod et Lanfranco archiepiscopo et ipsi regi ultiro confessus pœnitentiam de simulato ad horam consensu fecerit. Anglorum astipulationi divinitas assentiri videtur, miracula multa et ea permaxima ad tombam illius ostendens. Aiunt enim in catenas connexum quotidiani singultibus perperam commissa diluisse. Mihi prior loci narravit, se miraculis commotum, corpus nobile ab omni labore immune contrectasse, caput relique corpori compaginatum rubra tantum quasi linea signum cædis ostentante vidiisse. Quapropter non se dubitare illum in omni sermone sanctum appellare, in illius nomine orationes et beneficia loci potentibus dare dicebat.

DE EPISCOPIS ELIENSIBUS.

Restat Heliensis episcopatus a nobis percensendus, A qui cum fuerit explicitus serias tantarum circuituum hic labor noster accipiet. Deo stagnantium insularum maxima ab anguillarum copia ita dicta, sicut Beda communis notitiae consentiens auctor est. Denique illorum et omnis pene amnicorum piscium generis tanta est copia, ut sit advenis miraculo, indigenis pro illorum admiratione ludibrio. Nec minor aquaticarum volucrum vilitas, ut pro uno asse de utroque cibo quinque homines et eo amplius non solum famem pellant, sed et satietatem expleant. Ibi felicissima domina Edeldrida [al. Etheldritha] prima monasterium statuit ancillarum Dei: post eam Sexburga soror ejus uxor Erkomberti regis Cantuariorum et mater sanctissimae virginis Erccongettæ: in codem loco sub religione et nomine abbatissæ consenuit. Ibi successit in regime altera ejus filia Ermenilda, quæ fuerat uxor Wifterii regis Merciorum, et mater Wereburgæ virginis, de qua superior sermo veritatem perstrinxit. Ille tres continuatis successionibus abbatissæ fuerunt: habueruntque successivis temporibus multas, et regiminis et religionis imitatrixes usque ad tempora Danorum, qui etiam in ipsas paludes irruentes, habitatricibus effugatis habitacula subrunt. Quorum unus, cui cordis immanitas rabiem aspirabat, pretiosum pallium, quo tumba virginis Etheldridæ operiebatur, subripuit, et marmor mausolei bipenni pereussit: quo ictu cum crusta dissiliisset marmoris, fragmentum illud repercuesso a terra impetu in oculum percussoris volavit, sed et ipse in terram sine mente ruit. Cæteri certatim illo ejecto [al. erecto] aliarum sanctorum sepulcra, quæ temerare meditabantur, inviolata relinquentes in fugam proruunt. Sed non diu solitudo sacratissimi loci duravit, adnitentibus et rege Angliae et provincialibus. Positi ergo ad tempus clericis, qui sacra divina frequentarent. Eorum aliquis procacior cæteris aut puto sincera mente ad virginis ineorruptionem certius explorandam socios excuere tentavit. Illis periculum rei præ se ferentibus ipse accessit, primoque per foramen, quod Dani effecerant, appositam virgæ candelam immittens, curiositate oculorum quantum poterat secutus, omnia rimari: mox summitate virgæ fissa pannos, quibus sacrum corpus a involvebatur, ad se trahere conari. Jamque partem attraxerat, cum virgo indignata nudum corpus a nebulone videri, pannum introrsum violenter retraxit, adeo ut illum contranitente terra supinum elideret: quo casu perpetuo debilis, et posterius amentia non caruit. Id foramen postea Ethelwoldus episcopus sanctus cæmento et lapide damnavit, extrusisque clericis monachos induxit, contulitque ibi magna et quanta quis miretur prædia, omnia ex suo mercatus. Quantitatem possessionum antiquarum ex hoc conjice: quod licet plura dempta, plura usurpata, is qui modo rem regit, mille et quadragesinta libras marsupio suo quotannis annumerat:

B monachis vix trecentas contulerit, præterea, quæ in suos et servientium et hospitum usus absumit. Brithnodus ibi ab Ethelwoldo abbas constitutus transtulit ad cœnobium corpus Withburgæ sororis sanctæ Etheldredæ. Jacebat ad hoc tempus illa in rure ignobili in quo ipsa pluribus annis celebs et ciborum continens transegerat: ministrabat ei quotidianum ex uberibus potum cerva domestica et manui assueta, quam cum quidam seu telo seu jaculo appetisset et examinasset, regio non multa post morbo captus extabuit. Hujus ergo illibatum corpus impositum navi Brithnodus transferebat, civibusque ad arma re cognita prosilientibus, nisi puppim in fluctus precipitare properasset, profectus poenas luisset. Non enim insula tunc nisi navigio adiri poterat; sed nostra ætas solertia vicit natum, aggeribusque in paludem jactis tramitem terrestrem præbuit, et insulam pedibus accessibilem fecit. Nautis ergo inter undarum volumina periclitantibus, quia illi timore periculi se inexplorato stagno commiserant, columna ignea e cœlo ad navem pertendens, navem cito cursu ad litus perduxit. At vero de Withburgæ incorruptione cum quibusdam venisset in dubium, tempore Richardi abbatis cum transferrentur corpora sanctorum, dubietas eventilata est: et beatam quidem Etheldridam nemo penitus pro veteri fide præsumpsit attingere, ipsam vero ultra mamaras detexere, visa que est toto corpore integra, dormienti similior quam mortuæ, pulvillo scrico ad caput apposito, velo et totis vestibus integra novitate renitentibus, serena facie, roseo rubore suavis, dentibus candidis, labiis paululum reductis, papillis admodum parvulis. Habuit ergo cœnobium abbates usque ad nonum annum Henrici regis. Tunc enim, quia Lincolniensis episcopatus dioecesis nimium protractabatur, consilium habitum est, ut apud Dely constitueretur episcopus, habereisque pagum Grantebrigensem, et ne Lincolniensis sumptus suos immunitos quereretur, dedit regia liberalitas ex alieno villam Heliensem Spallinges vocatam, quæ episcopi damnum sarciret, querelam compesceret.

C Intronizatus est ergo ibi Herveus quidam, qui fuerat Bancorensis episcopus, dimiseratque spe majorum divitiarum sedem, causatus quod sibi et Wallensibus non conveniret. Est enim Bancor, in ipsis Wallis, monasterium quondam nobile et tot habitatoribus plenum, ut (sicut Beda refert) si in septem partes divideretur, non minus quaque portio quam trecentos homines haberet; sunt certe adhuc ibi tot semiruti paries ecclesiarum, tante turbæ ruinarum quantæ vix alibi. In ejus (Heliensis dico) episcopi parochia est Thorneia cœnوبium. Thorneia ulterior scripto et contractior spatio, sed prior laudum titulo, paradisi simulacrum, quod amoenitate jam cœlos ipsos imaginetur, in ipsis paludibus arborum serax, quæ enodi proceritate levantur ad sidera, aquorea planities herbarum viri-

dantibus comis oculos advocat, currentibus per campum nullus offensioni datur locus. Nulla ibi vel exigua terrae portio vacat, hic in pomiferas arbores terra se subigit; hic praetexitur ager vineis, quae vel per terram repunt, vel per bajulos palos in celum surgunt. Mutuum certainen naturae et cultus, ut quod obliviscitur illa, producat iste. Quid dicetur de ædificiorum decoro, quæ solum mirabile quantum inter illas paludes solidum inconcussis fundamentis sustinet? Solitudo ingens ad quietem data monachis, ut eo tenacius hincarent superis, quo castigatius mortales conspicantur. Femina ibi si visitur monstro habetur, maribus aduentientibus quasi angelis plauditur. Cæterum ibi nullus nisi momentanea conversatur, famuli monachorum et ipsi seriatim diebus absunt. Vere dixerim insulam illam esse castitatis divisorium, honestatis contubernium, divinorum philosophorum gymnasium. Thorueia propter condensitatem dumorum vocata.

At vero Ethelwoldus vespes extirpari, spinas sarciri [al. sarriri] jussit, jam a principio episcopus meditatus omnibus mundi omisis eremiticam exercere ibi vitam. Libabatque ut poterat, futuræ quietis primitias diebus quadraginta in remotissima, quam ipse construxerat, ecclesia, solus Deo vacans, idcircoque non tantum terrarum illuc, quantum alibi, concessit; sed quantum sibi et XII monachis satis esset; omne vero, quidquid loco contulit, ab omnibus in perpetuum publicis functionibus liberum fecit regis edicto cunctorum episcoporum et optimatum assensu firmato. Corpora sanctorum, qui olim in illa eremo diversati fuissent, necnon et aliorum per Angliam tot advexit, ut omnes pene anguli ecclesiae pleni sunt, quorum nomina scribere ultra refugio, quia barbarum quidam stridunt. non quod eos sanctos vel diseredam, vel difflear, cuius enim auctoritatis ego sum, qui in disceptationem vocem, quæ facta consecravit antiquitas? sed quia, ut dixi, vocabula eorum inconditum sonant, horridum olen, fatuis duntaxat hominibus quales multos nostra parit ætas, nolo sanctos exponere ludibrio: præsertim cum eorum vitas nec habitatores legant, frivolumque videatur,

A si eorum prædictes merita, quorum nulla invenias miracula, igitur omni reverentia custodita pace solum Benedictum ausim propalare, qui Bedæ nutritius et abba fuit. Hic Wiræ amnis utrasque ripas (qui apud Northumbros non incelebris famæ habetur) monasteriis praetexit sub apostolorum Petri et Pauli nomine, charitatis et regulæ unione non discrepantibus, hujus industriam mirabitur, qui legit librum, quem idem Beda compositus de vita ejus et cæterorum abbatum suorum: industriam, quod copiam librorum adverxit, quod artifices ædium lapidearum et vitrearum fenestrarum primus omnium Angliam asciverit: totum ævum pene, transigendo talia, peregrinatus. Quippe studio advehendi cognatis aliquid insolitum amor patriæ et voluptas elegantiæ asperos fallebant labores, nec enim lapidei tabulatus in Anglia ante Benedictum nisi per raro videbantur, nec perspicuitate vitri penetrata lucem solaris jaciebat radius: patientiam, quod in possessione cœnobii Sancti Augustini apud Cantuariam libenter venienti Adriano cesserit, non reveritus Theodori archiepiscopi supercilium, sed veneratus magisterium; fuerat enim illius cœnobii abbas ab Egberto rege constitutus, sed ut dixi, reverentia Theodori cessit, cui præceperat Vitalianus papa, ut Adrianum juxta se locaret speculatorum ne quid in ecclesia more Græcorum novaret: quod dum per alienas terras cursitat, diu absens subintroductum a monachis suis Wiresibus se inconsulto abbatem æquanimiter imo magnanimiter tulerit, domumque reversus parilem illi honorem in consessu, in omniporro potestate communicaverit; quin et ictus paralyti tam valide, ut nihil artuum ei esset flexibile, tertium constituerit, quod alter, de quo diximus, eadem decoqueretur valetudine non mitius quam ipse. Cumque morbus jam crescens quateret vitalia, socio ad se accito solo nutu valedixit; sed nec ille præstantius valuit redhibere officium, utpote qui propinquorem tendebat ad exitum. Nam ante Benedictum defunctus est. Hujus ergo corpus magno coemptum prelio Adelwoldus Thorneiam adverxit, et obscurioribus sanctis luciflum jubar invexit.

LIBER QUINTUS.

SEU

VITA ALDHELMI SCIREBURNENSIS EPISCOPI

(Hent. WHARTON, *Anglia sacra*, II, p. 4.)

MONITUM.

Inter alia historiam *De pontificibus Anglorum* a prima fidei susceptione ad annum circiter 1125 contextuit Willelmus Malmesburiensis, et in quinque libros opus distribuit. Ex his quatuor priores in multis apud nos codicibus mss. reperiuntur, quinque autem rarissima sunt exemplaria. Hodie enim vix aliud

præter id quo usi sumus invenitur; et Joannes Jocelinus post enumerata plura priorum quatuor librorum apographa a se visa, se quinti unicum penes Joannem Foxum vidisse testatur (*Tract. de hist. Angl.*, c. 16). Scriptus itaque a Willelmo videtur diu post evulgatos libros priores; atque hinc factum est ut a cæteris dissociatus fuerit. Ejus spem fecerat Willelmus in libro n. *De pontif. Angl.*, cap. De episcopis Scireburn. Primus, inquit, ibi sedit Pater Aldhelminus; quem hic tantum loco ordinis nomine. Namque quod ejus *Vitan* nunquam plene digestum reperi, spectante ad eam quamplurima, que si posteros celarentur, delinquo; cogitavi annuente Deo, in extremo hujus opusculi libro cum ejusdem modi materia liberiori congrederio otio. Quintus igitur liber, ut Jocelini verbis utar, agit tantum de Vita et miraculis S. Aldhelmi, et de statu Malmesburiensiœ cœnobii. Ad hunc scribendum Willelmus lege gratitudinis se obstrictum dicit. Cœnobium enim Malmesburiense Aldhelminus fundavit. Quatuor priores libri a viro doctissimo Henrico Savilio Londini 1596 editi sunt; quintus jam primum prodit. Hunc quidem V. cl. Joannes Mabillonius in Actis Benedictinorum, Sæc. IV, par. 1, p. 726, se dedisse arbitratus est, ex codice Cottoniano descriptum; vere autem leve ejusdem compendium duntaxat edidit. Compendium sane antiquitate non contemnendam habet, (codex enim ille Cottonianus (*Claud. A. 51*) ante quingentos fere annos exaratus esse videtur) genuinæ autem Willelmi Historiæ vix octavam partem exhaustum. In prælatione sua Mabillonius Egwinum Wigorniensem, Osmundum Sarisburensem, et Eadmerum, commentarios de Vita Aldhelmi ante Willelmmum contextivisse scribit. Ejusmodi quidem opus Egwino Baleus et Pitsius inscribunt, veritate incerta admodum fide; neque de aliis res constat. Faricius abbatem Abandoniensem nonnulla de Aldhelmi Vita ante se collegisse Willelmus in prologo suo agnoscit. Genuinum Willelmi de Aldhelmi Vita librum Baleus nunquam videral. Initium enim istud dedit (*cent. II, c. 73*): *Beatus Aldhelminus Saxonica*, quibus verbis epitome a Mabillonio edita inchoatur. Alium de codem libro errorem Baleus iniit, librum Willelmi *De Antiquitatibus Malmesburiæ* a libro ejusdem *De S. Aldhelmi Vita* diversum statuens (cap. 201). Pitsius utrumque Balei errore in farraginem suam pro more descripsit. Genuinum Willelmi librum ex codice ms. Collegii S. Trinitatis Cantabrig. descripsi. Codex charactere pessimo ante ducentos circiter annos scriptus est, et præter frequentia librarii sphalmata graviore accepit injuriam a bibliopega, qui in foliorum summibut integras saepè lineas abscedit.

Huic libro Willelmus intexit plures antiquas monasterii Malmesburiensis chartas de quibus nonnulla observare non inutile erit, præsertim cum chartarum fidei in parte prima, saepè rejecerint in parte etiam tercia id saepius factuam. Jamdiu est quod chartarum monasticarum fraudes a viris eruditis detectæ fuerint. Mitto quæ Launois et ex exteris alii de hac materia commentarii sunt; si quis de nostræ genitæ chartis certiora velit ediscere, consultat D. Joannis Marshamii Praefationem ad *Monasticon Anglicanum* et et eruditissimi præsulii Edwardi episcopi Wigorniensi Opus vernacularum *De Originibus Ecclesiæ Britonice* (pag. 14, etc.). Ante utrumque D. Henricus Spelmanus in notis ad concilia Angliae observaverat (p. 125) suspectam esse plerumque chartarum fidem; et prolatu ex archivis Ecclesiæ Cant. veluto fragmento docuerat chartas in Anglia sub exitum saeculi septimi primo scribi copiæ, primamque omnium fuisse quam Withredus rex Ecclesiæ Cant. anno 694 dedit. Quæcumque igitur etiam superior. in prece ferunt, certissime sunt commentatiæ. Porro ex iis quæ sequuntur usque ad Edgari regis tempora, Latine conscriptæ, pars maxima esse spuria merito censeri potest quod inibi ex frequenti temporum appositorum et episcoporum subscriptiæ cellatione innotuit. Post Edgari tempora haud ita multa falsa esse potui deprehendere. In paucissimis autem seu ante seu post Edgari tempora chartis Saxonice conscriptis fraus intercedit. Fere omnes enim chartæ commentatiæ post Normannorum adventum confidit evidenter, quando Normanni victores fundos et possessiones ab Anglis abstrahere per fas et nefas moliti, ab his ratione redi exegerunt, quo jure quoque titulo terras suas et privilegia possederunt. Tunc monachis chartæ seu ex archivis depromendaæ seu configendaæ erant, ni cœnobio suis deturbari et ad inopiam redigi malent. Chartas autem Saxonice litteris conscriptas supposuisse parum profuisset. His enim Normanni parvipendissent, et ne leví quidem intuitu dignati essent. Sic enim Normannorum fastu primis Willelmi regis temporibus Ingulphus descripsit (f. 512): *Ipsum etiam idioma Anglorum tantum abhorrebant; quod leges terre statuataque Anglicorum regum lingua Gallica tractarentur; modus etiam scribendi Anglicus omittetur, et modus Gallicus in chartis et in libris omnibus admitteretur*. Normannus igitur qui Anglorum lingua et nescierunt et oderunt, chartas Saxonicas protulisse inane fuisse; atque ideo Latine communiscentæ erant. Porro aliam adhuc causam chartas configendi Willelmus Normannus monachis dedit. Ipse enim, qui ex ecclesiasticas pro luctu dispositi, neque magis antiquam Ecclesiæ disciplinam quam justitiae leges excoluit, monasterium S. Martini de Bello a se fundatum a jurisdictione episcopali penitus exemptum. Ab hoc tempore insana monachos insigniorum cœnobiorum ambitio incessit similiem exemptionem impetrandi (EADMER. *Hist. Nov.* p. 62). Ejusmodi exemptionem ab Alexandro papa ante annum 1073 obtinuit Baldwinus S. Edmundi abbas; quamvis in hac papa, utpote rem lacteum inaudita atque intentata ausus, ea usus sit moderatione ut id salva primatis obedientia fieri decreverit. Lanfrancus tamen archiepiscopus abbatii in Anglianam reverso privilegium abstulit. Postea archiepiscopus mollioris animi Ecclesiæ Anglicæ præsidentibus, Radulfo, Willelmo et Theobaldo, fractaque a pontificis Romanis ejusdem libertate, monachi nil non sibi licere rati, a jurisdictione tam archiepiscopali quam episcopali eximi quæsiverunt; conflictisque primum pontificum et regum antiquorum chartis obedientiam episcopis suis denegarunt, dein in curia Romana litigantes, chartas suas confirmari vi pecunia obtinuerunt. Quæcumque igitur exemptionem a jure ordinario episcopali prætendent monachorum chartæ ante Normannorum tempora, laesa merito sunt habendæ. Quod si enim pontificibus Romanis antea familiare fuisse amplissimas ejusmodi exemptionis chartas, quales postea prolate sunt, monachis conferre, certe Alexander papa Baldwino abbati, viro potentissimo et grandi pecunia munito, exemptionem perfectam non invidisset. Certe quod chartas exemptionis Malmesburiensi cœnobio datas (quæ in hoc Willelmi libro reperiuntur) attinet, eas fraudis arguit epistola Ricardi archiepiscopi Cant. ad Alexandrum papam manu Petri Blesensis (epist. 68) anno 1180 scripta. Monasterii Malmesburiensis monachi nuper sibi abbaten elegerant: cumque Sarisburiensis episcopus electo inhibuisset, appellatione etiam interposita, ne ab alio quam a se benedictionem acciperet, electus in Walliam clam prefectus, ab episcopo Landaveni benedicti obtinuit. Archiepiscopus itaque abbatem suspendit, donec ad inobedientiæ sue excusationem libertatis seu exemptionis privilegium produceret. Abbas coram archiepiscopo quadam exemptionis sua literas pratendebat, quæ in filo et bulla videbantur viiiosæ, stylumque Romanae curiae minime redolebant. Eas falsitatis episcopus accusavit; et multas abbatum Malmesburiensium professions sibi et prædecessoribus suis factas exhibuit. Abbas recessit contumaciter, dicens se nulli episcopo vel archiepiscopo nisi soli summo pontifici respondere teneri. *Viles, inquit, sunt abbates et miseri, qui potesse-*

tem episcoporum prorsus non exterminant, cum pro annua auri uncia plenam a sede Romana possint assequi libertatem. Huic itaque ne papa saveat, archiepiscopus rogat, et simul acriter deflet injuriam episcopis totique Ecclesiae factam per exemptions abbatibus a sede Romana donatas. Monasteria enim, quæ hoc beneficium damnissime libertatis sive apostolica auctoritate, sive, quod frequentius est, bullis adulterinis adepta sunt, plus inquietudinis, plus inopiae incurrerunt. Falsariorum enim præstigiosa malitia ita in episcoporum contumeliam se armavit, ut falsitas in omnium fere monasteriorum exemptione prevaleat. Præclarum hujus rei testimonium exstat in archivis Ecclesiae Christi Cant. de bullis suppositiis monachorum S. Augustini Cant. qui multam archiepiscopis Cant. molestiam integro fere saeculo duodecimo faccesserunt, ut auctoritatem archiepiscopalem excuterent; quod et denuo effecerunt, prolatis in hanc rem S. Augustini archiepiscopi et Ethelberti regis aliisque velutis privilegiis. De his et ejusmodi aliis privilegiis Egidius Ebroicensis episcopus ad Alexandrum papam litteras dedit quas in archivo dictæ ecclesiae reperiuntur, munitæ ipsius sigillo, cuius circumferentia inscribitur *Egidii Dei gratia Ebroicensis episcopi*. In dorso autem scriptum est. *Contra falsa privilegia S. Augustini; qualiter per unum monachum falsarium S. Medardi adulterinis privilegiis se munierunt*. Has litteras vide inter variorum epistolas ad Alexandrum III, in Patrologiæ tomis mox edendis, ad annum 1181.

PROLOGUS LIBRI QUINTI

Totius Angliae, quaquaversum porrigitur, episcopatus circuitus; sicut post longam peregrinationem domum revertor; ut de beatissimo Patre Aldhelmo pollicitum exequar meum (58): ad quod pro viribus implendum non me sollicitat dicendi materia uberior, sed affectus in sanctum quem ipse meruit propensior. Num enim par esset ut ei negarem vocis meæ præconium, qui mihi contulit post Deum quantum habeo ingenii? Illi non impenderem linguam; cui, si necesse esset, impenderem vitam? Atqui nimium avarus est qui verborum suorum tenax est. Quia igitur immaniter deviaretur a justitia, si in hoc sanctorum brevi commentario solus dominus et patronus noster obumbraretur silentio; suscepit vel pauca de ipsius vita dicere, quamvis pro inscritia rerum nequaquam valeo voluntati satisfacere: adeo præter illud quod de illo Beda in Gestis Anglorum tangit, semper infra meritum jacuit, semper desidia civium agente in honore latuit. Magnus ille quidem scientiæ gloria, miraculorum eminentia, sed nulla quæ supersit illustratus Scriptura. Gaudeat aliquis se de Aldhelmi miraculis plura sic legisse quæ vivens duntaxat fecerit. Ad me profecto nihil manavit, nihil quanquam curiosissimo accessit studio, nisi quod artifex manus argenteo et perantiquo impressit scrinio. Compegit hæc in libellum abbas Abendoniensis Faricius (59) auctoritate sua nitens, nec quidquam præterea quod dicta sua firmarent [*i. firmaret*] testimoniorum extrinsecus adducens. Mihi placuit diversum dicendi genus, ut per illa gesta quæ a scriptis Faricii vacabant, introrsus pergerem et quæque dicta idoneis testibus velut quibusdam positibus ambirem. Quis enim aliter crederet gestis tam longe a nostra memoria remotis, ut quod sic dictum sit, propter styli penum-

A riā sepultis? Supersunt præterea plura meum monachi scilicet Malmesburiensis exspectantia officium, quæ vir ille aut nescivit, aut dicere supersedit. Fuit enim sicut non usquequa despiciabilis eloquentia, ita in his duntaxat propter ignorantiam linguæ incuriosæ scientiæ, utpote sub lusco (60) natus aere. *Æqui* igitur et boni consule, lector meus, ne personæ meæ obscuritas præ abbatis dignitate præjudicium patiatur. Quamvis si honores attenderis, et nos aliquod nomenque decusque gessimus. Quadripartito ordine itaque hæc procede narratio.

Primo ut sanctissimi viri ostendam genus et scientiam.

Secundo quæ cœnobia fecerit, quibus privilegiis et patrimonii hoc nostrum insignierit, subjiciam: ubi auditoris patientiam jam hinc ex procœmio convenio, ne alienis scriptis gravatus effugiat. Hic enim libellus non ostentationem eloquentiæ, sed congeriem scientiæ pollicetur; ut non tam vita dicatur sancti, quam vitæ ipsius testimonium, cognitionis instrumentum.

Tertio paucissima miracula quæ juvenis fecit; non quod plura non fecerit, sed quod ista tantum dubitatis scrupulum effugere potuerunt, non omittam.

Quarto seriem temporum post beati viri obitum quanta potuero veritate deducam, quanta libertatis naufragia Ecclesia nostra pertulerit, quam semper prospere cum videretur oppressa maxime, per patrocinium sancti, caput contra fortunam extulerit. Ac me quidem bis enarrandis imparem non nescio; sed Spiritus sancti ductu, qui jam carbasa non segniter implesse videtur, ultra hujus immensitatem pelagi securus velivolabo.

(58) Lib. II *De pontif. Angl.*, cap. De episc. Scireburn.

(59) Faricius iste ex monacho Malmesburiensi abbas Abendoniensis creatus est anno 1100, Obiit 1117, vii Kal. Martii. Additamenta monachi Aben-

don. ad Florentium Wigorn. in codice ms. vetusto Bibliothecæ Lambethanæ.

(60) *Tusco* legendum est. Sic enim monachus Abendoniensis supradictus illum genere Italicum fuisse refert.

LIBER QUINTUS.

PARS PRIMA.

Igitur Aldelmus Saxonum oriundus prosapia, familia haud dubie nobilissima, morum generositate vicit ingenuitatem lineæ. Faritus allusit ad nomen ut diceretur Aldelmus quasi *senex almus*; sed ego, si ludis insertis occupationes legentis surari liceret, dicerem longe aliter interpretatione detorta, quod Aldhelmus interpretetur *galea vetus*. Sic enim debere scribi nomen suum H littera interposita ipse sanctus in prologo *Ænigmatum suorum perspicue innuit*. Convenit interpretationi vita viri; quod *galea salutis caput protectus emeritamque et cedere hosti nesciam Christi militiam edoctus, opimam de diabolo lauream in cœlum evexit*. Ferunt quidam, incertum unde id assumpserint, fuisse nepotem lucæ regis West-Saxonum ex fratre Kentero. Nobis pro vero arrogare non libuit, quod videtur magis opinioni quadrare volatilæ, quam veritati historicæ. Siquidem ex chronicis constat quod Ina nullum fratrem præter Inigildum habuerit, qui paucis ante ipsum annis decessit. Possem et illud objicere quod Aldhelmus non minor septuagenario decedens, Inam plus xviii annis supersitatem reliquerit, idemque rex post tot annos viridi adhuc ævo Romani iverit. Convenitne ut patruus juvenis nepotem septuagenarium haberet, qui de fratre minoris ætatis natus fuisset? Verumtamen quod discrepat, ponatur in medio; et dicatur quod caret ambiguo. Qui enim legit Manualem librum regis Elfredi, reperiet Kenterum beati Aldhelmi patrem non fuisse regis lucæ germanum, sed arctissima necessitudine consanguineum. Quod autem Saxonici generis fuerit ipse, in epistola quam Cellano cuidam misit, his edocet verbis: « Miror quod me tantillum homunculum de famoso et floriero Francorum rure vestræ frantite [forsan Francicæ legendum] fraternalis industria interpellat Saxonice prolis prosapia genitum et sub arctoo axe teneris infantiae cunabulis. »

Parens ergo qui pro conscientia nobilitatis nihil abiectum saperet, non degeneris magistri scholæ tradidit filium primis imbuendum elementis, sed Adriano abbati Sancti Augustini, quem in arcem [i. arce] scientiæ stetisse qui Anglorum Gesta perlegit intelligit: cumque jam majusculus a Cantia in West-Saxonum remeasset; religionis habitum in Meldunensi accepit cœnobio; id quidam qui alio nomine vocatur Meildulf, natione Scotus, eruditione philosophus, professione monachus, fecerat. Ibi pusio Græcis et Latinis eruditus litteris brevi mirandus ipsis emituit magistris. Qui cum natali solo voluntarë carens, illuc devenisset; memoris amoci-

A nitate, quod tunc temporis in immensum eo loci se creverat, captus, eremiticam exercuit. Deficientibusque necessariis, scholares in discipulatum accepit; ut eorum liberalitate tenuitatem virtus corrigeret. Illi procedenti tempore magistri sequaces ex scholæbus monachi effecti, in conventum non exiguum coaluere. Horum exemplo et consortio Aldhelmas informatus ad studium, liberales artes plenitudini scientiæ adjecit, quas ut medullitus combiberet, iterum Cantæ studuit ad pedes Adriani, qui esset fons litterarum, rivus artium; donec valetudine cogente repedaret domum.

Dictorum tenorem consequantur testimonia; ne fides auditorum sit tenera. Quod infantem Adriano erudierit, ipse in epistola ad eumdem sic dicit: « Reverendissimo Patri meæque rudis infante venerande præceptori Adriano Aldhelmus vernaculae familiæ Christi et vestræ pietatis supplex alumnus, salutem, etc.» Quod a puero in Meldunensi cœnobio fuerit et altus et doctus, Lutherius episcopus insinuat in privilegio quod eidem Aldhelmo abbatiam dedit. « Ego Lutherius gratia Dei episcopus, rogatus sum ab abbatibus, ut terram illam cui *indictum est* vocabulum Maldufesberg, Aldhelmo presbytero ad degendam regulariter vitam conferre largiri que dignarer. In quo videlicet loco a priuato insimile flore atque ab ipso tirocinio rudimentorum liberalibus litterarum studiis eruditus, et in gremio sancte Matris Ecclesiæ nutritus, vitam duxit.» Quod Meldum cœnobium illud construxit; Sergius papa in privilegio quod eidem Aldhelmo dedit [testatur]. « Poscente a nobis religione tua, ut duotoris nostri apostolorum Principis vice monasterium Beatorum apostolorum Petri et Pauli quod Meldum religiose memorie condidit, quod et nunc Meldumesberge vocatur, situm in provincia Septonia, quod tuam religionem provide dispensare cognovimus, apostolicis privilegiis roboremus; piæ petitioni favorem tribuimus.» Quod iterum Cantæ studuerit, sed pro valetudine discesserit, idem in epistola ad eumdem Adrianum: « Fatoe, mi charissime, quem gratia puræ dilectionis amplector, postquam a sociali conubernio vestro ante triennium circiter discedens a Cantia sequestrabar, quod nostra parvitas hacce D nus ad consortium vestrum ardentis desiderio attraherat; quod et jamdudum cogitarem, quemadmodum in votis est, adiungens perficere, si rerum ratio ac temporum vicissitudo paterebet, et nisi me diversa impedimentorum obstacula retardarent, praesertimque corporeæ fragilitatis valetudine se-

dolitus labentia membra coquente non sinerer; quia quondam, dum post prima elementa iterum apud vos essem, dominum redire coactus sum.

Planum, ut arbitror, factum est his testimoniosis; quod liberalium artium tempus [*i. compos*] fuerit, qui tanti contubernalis consortio fructus sit. Nec ipse sane suffragio laudum suarum desuit, ubi dixit, se primum omnium suæ gentis hominum fuisse qui ad scientiam metrorum præsumpsit ingenium, impulit animum. Ista enim sunt ejus verba in calce libri, quem fecit de schematibus: « Hæc, inquit, de metrorum generibus et schematibus pro utilitate ingenii mei habes, multum laboriose, nescio si fructuose, collec'ta, quamvis mihi conscius sum illud me Virgilianum posse jactare,

*Primus ego in patriam mecum, modo vita supersit,
Aonio rediens deducam vertice Musas.*

Litteris itaque ad plenum instructus, nativæ quoque linguae non negligebat carmina; adeo ut, teste libro Elfredi, de quo superius dixi, (61) nulla unquam ætate par ei fuerit quisquam, poesim anglicam posse facere, tantum componere, eadem apposite vel canere vel dicere. Denique commemorat Elfredus carmen triviale, quod adhuc vulgo cantitur, Aldhelnum fecisse; adjiciens causam qua probet rationabiliter tantum virum his quæ videntur frivola iniustisse: populum eo tempore semi barbarum, parum divinis sermonibus intentum, statim cantatis missis domos cursitare solitum; ideoque sanctum virum super pontem qui rura et urbem continuat, abeuntibus se opposuisse obicem, quasi artem cantandi professum. Eo plus quam semel facto, piebis favorem et concursum eneritum. Hoc commento sensim inter ludicra verbis Scripturarum insertis, cives ad sanitatem reduxisse; qui si severe et cum excommunicatione agendum putasset, profecto proscississet nihil.

Præconio itaque nobilis doctrinæ favorabilis quantum haberetur; indicio sunt epistolæ amicorum ad eum missæ. Taceo de compatriolis, qui certatum ad eum scripta sua emittebant, ejus judicii censuram subitura. Prætero Scotos tunc maxime doctos, qui idem fecisse noscuntur; quorum aliquos non obscuræ litteraturæ nominare possem, maxime Arcivulum regis Scotiæ filium. Hic quidquid litterariae artis elaborabat, quod non adeo exile erat, Aldhelmi committebat arbitrio; ut præfecti [*i. perfecti*] ingenii lima eraderetur scabredo Scotica. Ex ipso Francorum sinu ad eum causa doctrinæ veniebatur; ut hæc Epistola palam faciat; « Domino lectricebus ditato studiis, mellifluisque ornato lucubratiunculis, Aldhelmo Archimandritæ Saxonum, mirifice reperiens in oris, quod nonnulli cum laboribus et sudoribus in alieno aere vix lucrantur; Cellanus, in Hybernensi insula natus, in extremo Francorum limitis latens angulo exsul, famosæ coloniæ Christi extreum et vile mancipium, in tota et tuta Trini-

(61) Librum, puto, aliquem ab Alfredo rege doctissimo editum intelligit. Plures enim libros illius seu

A tate salutem.» Et post pauca: « Quasi pennigero volatu ad nostræ paupertatis aecessit aures vestre Latinitatis panegyricus rumor, quem agilium lectorum non horrescant auditus sine sanna aut amurelari impostura, notus propter Alburnum dictricis [*legendum puto alnum ductricis*] Romanæ decorum. Etsi te præsentem non meruimus audiire; tuos tamen bona lance constructos legimus fastos divisorum deliciis florum depictos. Sed si peregrini triste reficis corculum, paucos transmite sermunculos illius pulcherrimæ lahiæ tuæ, de cuius fonte purissimo dulces multorum possit reficere mentes, ad locum ubi Dominus Furseus in sancto et integro pausat corpore.» Huic epistolæ quam liberaliter responderit, attestatur illa cujus particula hic nuper apposita: dedit documentum Aldhelnum ex saxonico genere ortum.

Ceterum non est narratu facile, quam efficax fuerit in exhortando amicos et discipulos: illos ut illæsam fidem amicis exhiberent; istos ut teneros annos ad unguem diviuæ præceptionis ducerent: singularum tamen monitionum hic ponentur indicula. Cum Wilfridus episcopus, de quo non pauca in tertio libro dixi, exsul ageretur; multi suorum abbatis fortunæ sequentes rotam, ad inimicorum favorem devolvi meditabantur, quorum justitiæ Aldhelmus diffidens, et amico venerabili metuens, his verb's labantes nitebatur erigere. Post præfationem enim congruam: « Nuper, inquit, furibunda tempestatis perturbatio, sicut experimento didicistis, fundamenta Ecclesiæ, sicut quodam immenso terræ motu, concussit; cuius strepitus per diversa terrarum spatia, velut tonitruali fragore, longe lateque percrepuit. Et idcirco vos viscerales contribulos, flexis genuum poplitibus, subnixa exposco prece, nequaquam hujus perturbationis stropha scandalizari; ne quisquam vestrum mentis segnitie fide torpescat, etiamsi rerum necessitas exigat cum præsule proprio pontificatus apice privato tellure paterna propelli, et quilibet oporteat latorum regnorum transmarina aggredi rura. Quis enim, quæso, tam durus atroxve labor existens, ab illo vos antistite separans arceat; qui vos ab ipso tirocinio rudimentorum et a primæva teneræ ætatis infantia usque adultæ pubertatis florè nutriendo, docendo, castigando, provexit pietate; et quasi nutrita gerula dilectos extensis ulnarum finibus resoscillans, sic charitatis gremio fotos clementer amplexus est. Perpendite, quæso, creaturarum ordinem, eisque divinitus insitam naturam; quatenus ex minimarum rerum collatione in flexiblem conversationis formam, Christo juvante, capiatis; quomodo examina apum calescente cœlitus caumate, ex alvearii nectare flagrantibus certatim emergant, et earum auctore linquente, brumalia mansionum receptacula, densarum cavernarum cohortes, rapido volatu ad æthera glomerante, exceptis duntaxat antiquarum sedium servatricib' s ad opera seu auspiciis conscriptos commemoravit lib. II. De gestis reg. Angl. cap. 4.

propagationem sobolis futuræ : relictus, inquam, mirabilis dictu, rex earum, spissis sodalium agminibus vallatus, cum hiberna castra gregatim egreditur et cava stipitum robora rimatur, si pulverulenta sablonis aspergine præpeditus, seu repentinis imbris cataracta Olympi guttatum rorantibus retardatus fuerit, et ad gratam eratem sedemque pristinam revertatur ; omnis protinus exercitus consueta vestibula perrumpens, prisca cellarum claustra gratulabundus ingreditur. » Et post alia : « Si ergo taliter creatura [ratione] carens, quam vita [et] natura indita absque legibus scriptis gubernant, reciprocis temporum successionibus ductoris præcepto pareat ; respondete, rogo, utrum [non] horrendæ abominationis infamia sint exprobrandi, qui concessa septiformis Spiritus gratia prædicti, devoutæ subjectionis frena ritu phrenetico frangunt. Cur autem diversarum rerum ratiocinationes conglobans, ad instiganda vestri pectoris præcordia stridente calamo percurram, audite. Ecce sacerdotes divinæ scientie extores, si devotum dominum quem in prosperitate dilexerunt, cessante felicitatis opulentia, et ingruente calamitatis adversitate, deseruerint, [et] secura dulcis patræ otia exsulantis domini pressuræ prætulerint : Nonne execrabilis cachinni ridiculo et gannaturæ strepitu ab omnibus ducuntur ? Quid ergo de vobis dicetur ; si pontificem qui vos nutrit et extulit, in exsilio solum dimiseritis ? etc. » Exemplo armissimæ in amicum integratitatis posito, sequetur præclara discipuli admonitio :

« Dilectissimo mihi filio et simul discipulo ADIL-WALDO, ALDHELMUS extremus servorum Dei, salutem.

« Quemadmodum te viva voce aliquoties de aliis admonere curavi ; ita ut [l. et] nunc absentem paterna secundum Deum auctoritate fretus, litteris exhortari non piget. Hoc enim ideo agimus ; quod charitas Christi, sicut ait Apostolus, urget nos (II Cor. v, 14). Itaque, fili mi charissime, licet adolescens aetate existis, vanissimis tamen oblectamentis hujus mundi nequaquam te nimium subiectas, sive in quotidianis potationibus et conviviis usu frequentiore ac prolixiore in honeste superfluis, sive in equitandi vagatione culpabili, seu in quibuslibet corporeæ delectationis voluptatibus exercendis. Memento semper quid scriptum est : Adolescentia et voluptas vana sunt (Eccle. xi, 10). Amori quoque vehementiori pecuniae et omni secularis gloriae Deo semper odibili jactantiae nequaquam ultra modum inservias, illius sententia reminiscens : Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, anima vero suæ detrimentum patiatur ? (Marc. viii, 36) — Filius enim hominis venturus est in gloria sua et sanctorum cængorum ; et retribuet unicuique secundum opera sua (Matth. xvi, 27). Sed multo magis, mi amantissime, vel lectionibus divinis, vel orationibus sacris semper invigila. Si quid vero præterea sœcu-

larium litterarum nosse laboras ; ea tantummodo causa id facias, ut quoniam in fege divina vel omnis vel pene omnis verborum textus artis omnino ratione grammaticæ consistit ; tanto ejusdem eloquii divini profundissimos atque sacratissimos sensus facilius legendo intelligas, quanto illius rationis qua contextur diversissimas regulas plenius diöceris. Ante hanc autem [l. ante te autem hanc] epistolam jugiter inter caelos quos legis libros habere non omittas ; ut videlicet ejus lectione cereberrima de his quæ in ea scripta sunt, implendas mea vice possis admoneri. Vale. »

Ac utinam hæc lectio monachorum, qui se Aldhelmi discipulos profertur, conferat compendio, proficiat commodo ; ut tandem despectis illecebris, sanctitatis et doctrinæ ejus innitantur vestigiis. Nam procul dubio nunquam ejus evellerentur instituta ; nisi transgrederemur ejus mandata. Sed quia in eum delinquimus, merito plectimur. Ipse interea quasi nesciat tacet, dissimulat quasi non videat ; dum nos volutamur in periculis : dum privilegia sea deridentur a seditionis, dum calcantur a tyrannis. Sed revertamur vel sero ad eorū ; ut famulos suos multis jam periculis jactatos, oculo pietatis respiquat, sinu clementiae recolligat.

Verumtamen ut narrationem repetam ; summum culmen laudibus ejus literaturæ imposuit Beda, qui et pro vicinia temporis rem ut erat nosset, et pro veritatis studio mentiri nollet. Qui post enumerationem aliquorum librorum ejus subintulit : « Scriptit, inquit, et alia nonnulla, utpote vir undecimque doctissimus, Nam et sermone nitidus, et scripturarum tam ecclesiasticarum quam secularium erat eruditio mirandus (62). » Potestne quidquam hæc laude sublimius dici ? Postreino ipsum eundem testimoniū citabo ; quod licet omnibus artibus studium nunquam abnuerit, quibus tamen potissimum apud Cantiam iterata mansione studens animum impenderit. Sic enim in epistola ad Heddam antecessorem suum, labore exequitur, proprium commendat exercitium : « Fateor, beatissime præsul, me dudum decrevisse, si temporum volitans vicissitudo patetur, vicinam optati Natalis Domini solemnitatem ibidem in consortio fratrum tripudians celebrare, et postmodum vita comite vestre charitatis præsentia frui. Sed quia diversis impedimentorum obstaculis tardati, quemadmodum lator præsentium viva voce pronulgarit, illud præficeret [l. perficeret] nequivimus ; idcirco difficultati veniam precor impende. Neque enim parva temporum intervalla in hoc lectionis studio protelanda sunt ei duntaxat ; que sagacitate legendi succensus, legum Romanarum jura medullitus rimabitur, et cuncta jurisconsultorum secreta imis præcordiis scrutabitur : et quod his multo perplexius est, centena scilicet metrorum genera pedestri regula discernere, et musicæ cantilenæ in modulamina rectosyllabarum tramite lustrare.

(62) Hist. eccl. lib. v, cap. 10.

Cujus rei studiosis lectoribus tanto inextricabilior obscuritas prætenditur, quanto rarer doctorum numerositas reperitur. Sed de his prolixo ambitu verborum disputare epistolaris angustia minime sinit; quomodo videlicet ipsius metricæ artis clandestina instrumenta litteris, syllabis, pedibus, poetis figuris, versibus, tonis, temporibus conglomerantur. Poetica quoque septenæ divisionis disciplina, hoc est acephalos, procilos cum cæteris, qualiter varietur, qui versus monostemi, qui pentastemi, qui decastemi certa pedum mensura terminentur, et qua ratione catalecticci vel brachiacatalecticci seu ipercatalecticci versus sagaci argumentatione colligantur. Hæc, ut reor, et his similia brevi temporis intercapidine apprehendi nequaquam possunt.

De ratione vero calculationis quid commemorandum; cum tantæ supputationis imminens desperatione colla mentis oppresserit, ut omnem præteritum lectionis laborem parviperderem, cuius me pridem secreta cubicula nosse credideram; et ut sententia beati Hieronymi, dum se occasio obtulit, utar: *Qui mihi prius videbar sciolus, rursus cœpi esse discipulus*: sic quod tandem superna gratia fuetus, difficillima rerum argumenta et calculi supputationes, quas partes numeri appellant, lectionis instantia reperi. Porro de zodiaco et xii signorum quæ vertigine cœli voluntur, ratione ideo ascendunt arbitror; ne ars opaca et profunda, quæ longa explanandarum rerum ratione indiget, si vili interpretationis serie propalata fuerit, infametur et vilescat: præsertim cum astrologiæ artis peritia et perplexa horoscopi computatio elucubrata doctoris indagatione egeat. » Taliū artium voluptate repletus, ipse quoque ex sacratissimo pectoris penitentia frugis libellos edidit; ne nunquam thesauros tam diu congregatos recluderet, ne nihil unquam ex auditis reponeret. Et primum quidem ingenii periculum dedit in libro quem *ad Britones*, ut ad verum Pascha reverenterentur, fecit; cuius doctrinam nescio quod infortunium usibus nostris invidit, gaudio subtraxit. Est et liber ejus *De virginum laude rhetorico compactus lepore*; in quo virginitatis gloriam prius prædicat, et postea non difficilem esse per sanctorum cœlibatum exemplificat. Ejusdem materiae versibus heroicis fecit alterum cui adjunxit tertium: *aque versificum De pugna viii*

A principalium virtutum. Exstat et codex ejus non ignobilis *De ænigmatibus*, poetæ Symphorii amulus, centum titulis et versibus mille distinctus. Utriusque operis præfationem versibus recurrentibus ingeniose intexit; ut in illo *De virginum laude istius versus litteræ*:

Metrica tirones nunc promant carmina castos,
singulos versus præfationis a capite ad finem inchoarent, eademque per numerum versuum retroactæ eundem versum effingerent. Porro in illo *De ænigmatibus* aliter conjunctus est, ut hic versus:

Aldhelmus cecinit millenis versibus odas,
primas et ultimas singulorum in procœlio versum litteras et inchoaret et terminaret, ambasque extremitates easdem faceret: ascenditque [*i. ostenditque*] in his vir veteris literaturæ ludum simul et artificium dum res incuriosas comitaretur facundum et vigens eloquium. Præterea ad quemdam Aldfridum regem Northumbrorum probe, ut Beda narrat, litteris doctum, edidit librum hæc continentem capitula: *De septenarii numeri dignitate collecta ex Veteris et Novi Testamenti floribus et disciplinis philosophorum*. — *De admonitione fraternali charitatis*. — *De insensibilium rerum natura, quæ secundum metaphoram sermocinari figurantur*. — *De pedum regulis*. — *De metaplasmo*. — *De Synalæpha*. — *De scansione et eclipsi versuum*. — *De metro alterna interrogatio et responsio*.

B Composuit et *Epistolas* multas, quarum plures non existant, partem quarundam quas habemus antecessorum nostrorum detruncavit incuria. Sermones ejus minus insidunt hilariatis quam vellent hi qui rerum incuriosi verba trutinant; judices importuni, qui nesciant quod secundum mores gentium varientur modi dictaminum. Denique Græci involute, Romani splendide, Angli pompatice dictere solent. Id in omnibus antiquis chartis est animadvertere, quantum quibusdam verbis abstrusis ex Græco petitis delectentur. Moderatius tamen se agit Aldhelmus, nec nisi perraro et necessario verba ponit exoticæ. Allegat catholicos sensus sermo facundus, et violentissimas assertiones exornat color rhetoricus. Quem si perfecte legeris, C D et ex acumine Grecum putabis, et ex nitore Romanum jurabis, et ex pompa Angulum intelliges.

PARS II.

Prima propositi portione uicinque sancti, secundam aggredior, quæ pollicetur ostendere, quæ monasteria sanctius Aldhelmus fecerit, quibusque privilegiis insignierit, et prædiis ditaverit, cuius erit facilis absolutio, quia labore alieno summa negotii conficietur. Libet igitur nostris verbis præ-

libare necessaria, capere occasionem: operis accelerandi, et sic solituore cura in aliorum scriptis spatiari. Ex superiori igitur dictis potest intelligi quod Meildulf monasterium Meldunense, quod nunc corruptior aetas Malmesberianæ concupit, adificaverit vel potius inchoaverit. Tanta enim ibi ne-

cessariorum penuria erat, ut inhabitantes ægre quotidianum victum expedirent; sed correxit nobilitas Aldhelmi victualium inopiam, ut sermo progressus edocebit. Parva ibi admodum basilica paucis ante hoc tempus annis videbatur, quoniam Melldulfum ædificasse antiquitas (incertum si fabulator) fertur [*i. f.*] fecisse, et augustiorem ecclesiam in honorem Domini Salvatoris et primorum apostolorum Petri et Pauli. Quod autem in hac ecclesia caput loci et monachorum congregatio fuerit ex antiquo; chartarum quas subjiciant auctoritas [*i. auctoritates*], commendant fidem, arguunt incredulitatem. Et quia tunc moris erat, ut in novarum ecclesiarum dedicatione, ad honorem Sponsi cœlestis et Ecclesie Matris aliquod honorificum epigramma poneretur: vir sanctus in honorem apostolorum hoc cecinit epithalamium:

*Hic celebranda rudit florescit gloria templi:
Limpidæ quoq[ue] sacri signat vexilla triomphi.
Hic Petrus et Paulus tenebrosi lumina mundi.
Præcipui patres populi qui frena gubernant,
Carminibus crebris almae celebrantur in aula.
Claviger o[ste]r, cœli portam qui pandis in æth'ra.
Candida qui meritis recludis [addendum forsitan,
[limina cœli].
Exaudi clemens populorum vota precatum [*i. præ-*
[cantum].
Marcida qui riguis humectant imbris ora.
Suscipte singultus commissa piac'la gementum
Qui prece flagrantí torrent peccamina morum,
Quondam Saule ferox, nunc deposita feritate,
Agne Dei mitis, mutato nomine, Paule,
Vobis orantum nunc aures pande benignas;
Et tutor tremulis cum Petro porrigit dextram.
Sacra frequentantes lumina [forsan san-
[ctorum limina legendum] lustrant!
Quatenus scelerum [his inservendum videtur]. celer
[indulgentia detur,
Larga de pietate fluens et fonte superno,
Dignis qui nunquam populis torrescit [*i. e. exarescit*] [in ærum].*

Fecit et aliud cœnobium juxta flumen, qui vocatur From; sicut in privilegio quod Sergius papa utrisque monasteriis concessit, legitur. Stat ibi adhuc et vicit diuturnitate sua tot sœcula Ecclesia ab eo in honorem sancti Joannis Baptiste constructa. Neconu et apud Bradeford tertium ab eo monasterium instructum crebra serit opinio; quam confirmare videtur nomen Villæ in serie privilegii, quod jam episcopus monasteriis suis dedit, appositum et antiquis Scripturæ lineamentis effigiatum. Et est ad hunc diem eo loci ecclesiola; quam ad nomen beatissimi Laurentii fecisse prædicatur. Sed enim utraque monasteria From et Bradeforde morem mortalium æmulantia, in nihilum defecere; restat nomen inane. Verumtamen utrum tantarum ædium destructio imputanda sit Danorum insanis præliis, an Anglorum rapacibus cuneis, non facile disreverim. Solum Meldunense, idemque Malmesburiense viget adhuc habitatorum frequentia, habitaculorum decore. Quod pietate sancti dispensari, qui se corpusque suum ibidem devovit, arbitror ut tot evaderet ærumnas, tot calamitates duret, umbramque tenuem jampridem amissæ li-

A bertatis suspireret. Quapropter quæ cœteris descriptis prædia illuc ab eo collata latam reparare ruinam, nostram etiam penitus effugere notitiam. Huic vero quantum terrarum adjecerit dicturis illud privilegium, occurrit primo apponendam; quod eidem Aldhelmo Westsaxonum antistes Leutherius concessit, quem promoventibus virtutum successibus in altum nitentem conspicatus ibidem, eum in presbyterum, postea in abbatem erexit; locique illius possessionem, qui sui juris esset, in abbatie ditionem hoc scripto transluxit.

¶ Solet plerumque contingere, ut autumnali torrido facessant caunata brumalia sæuentium ventorum fabri [*i. fabra, etc.*] reciprocis alternatis cursibus succedant; quibus procellosa pelagi cerula

B enormesque oceanii gurgites hinc atque illuc quantiuntur, quatenus navigio errante nullus absque discriminibus navigans furibundo flamine carbasa rumpente transfretet. Ita nimirum prostrata mundi pompeuenta gloria, jamque appropinquante ejusdem termino, fluctuantes sæculi turbius [*i. turbines*] incumbere experimento evidenti videntur, ut revera et absque ullo anticipi scrupulo illa Domini præsigmina nostris tandem temporibus comprobentur impleri; quibus ita cœlesti oraculo effatus est: *Videte fidelium et omnes arbores, etc. (Luc. xxi, 29).* Porro inter his turbulentas sæculi tempestas Scripturarum flectenda sunt gubernacula; totiusque navigii armatura atque instrumenta parando [*i. paranda*]; quatenus garrulo Sirenarum carmine spre-
ratis recto cursu ad portum patriæ prospere perducatur. Quapropter ego Lutherius gratia Dei episcopus, pontificatus Saxonici gubernacula regens, rogatus sum ab abbatibus, qui sub jure parochie nostra cœnobiali monachorum agmini præesse noscuntur pastorali sollicitudine; ut terram illam, cui vocabulum est inditum Maldunesburg, Aldhelmo presbytero ad degendam regulariter vitam conferre largiriq[ue] dignarer. In quo videlicet loco a primo ævo infantiae atque ab ipso tirocinio rudimentorum, liberalibus litterarum studiis eruditus, et in gremio Sanctæ matris Ecclesiae nutritus vitam duxit. Et ob hoc potissimum hanc petitionem fraterna charitas suggestere videtur. Quapropter præditorum abbatum precibus annuens, ipsum locum, de quo supra mentionem fecimus, tam sibi quam suis successoribus normam sanctæ Regulæ sceltri devotione sequentibus, fraterna petitione coactus ultroneus impendo, quatenus in futuram posteritatem, remoto omnium disceptationum ingruentium conflictu, quiete continua et pace perpetua Domino famulari sine impedimento valeant. Sed ne forte contentionis occasio deinceps contingat, bac rationis conditione interposita confirmio; ut nullus succendentium demum episcoporum seu regum hanc nostræ donationis chartulam tyrannica fretus potestate violenter invadat. Afferens pertinaciter, quod de jure potestatis episcopatus ablatum sequestratumque suisse videatur. Et adeo sciendum est, et contra æmulos pro-

D

precibus annuens, ipsum locum, de quo supra mentionem fecimus, tam sibi quam suis successoribus normam sanctæ Regulæ sceltri devotione sequentibus, fraterna petitione coactus ultroneus impendo, quatenus in futuram posteritatem, remoto omnium disceptationum ingruentium conflictu, quiete continua et pace perpetua Domino famulari sine impedimento valeant. Sed ne forte contentionis occasio deinceps contingat, bac rationis conditione interposita confirmio; ut nullus succendentium demum episcoporum seu regum hanc nostræ donationis chartulam tyrannica fretus potestate violenter invadat. Afferens pertinaciter, quod de jure potestatis episcopatus ablatum sequestratumque suisse videatur. Et adeo sciendum est, et contra æmulos pro-

mulgandum, multo magis me commodum augmen- tumque pontificali Ecclesiae addidisse, quam per vim abstraxisse. Postremo ut firmior prædictæ largitionis donatio jugiter mansura sit; prædictos abbates propriis manibus subscribere jussimus. Quod si quis hæc scripta et definita et decreta nostra irrita facere nitetur; sciat se ante tribunal Christi rationem redditurum. Actum publice juxta flumen Gladon vii Kal. Sept. anno Incarn. Christi 675. »

Abbas ergo constitutus monachos ad votum inducere, famam in bonum urgere, Dei præ omnibus gloriari velle. Cumque industriae abbatis favor concurreret pontificis; tunc res monasterii in im- mensem augeri. Currebatur ad Aldhelnum totis semitis; his vitæ sanctimoniam, illis litterarum scientiam desiderantibus. Erat enim, quamvis, ut diximus, eruditione multiplex, tamen religione af- fabilis et simplex; qui adversantes obruerit dicendi flumine, discentes mulceret neclare... docendi flumine ad utrosque ex ejus ore fluenter salsi leporis oratio; ut esset in singulis mirabilis, et in omnibus singularis. Eo factum est, ut reges et comites Merciorum et West-Saxonum religione viri, quam nobilitas commendabat, illecti, plura loco confer- rent. Quorum primus, ut accepimus, Kensfrithus comes Merciorum, regii affinis sanguinis, vir cor- pore, sæculo, mente militans Deo: x cassatos in Wodecum Aldhelmo abbati dedit his verbis:

« Fortuna fallentis sæculi procax non, lacteo im- marcescibilium litorum candore amabilis, sed fel- lia evitandæ corruptionis amaritudine odibilis, filios in valle lacrymarum fœtentis carnis rictibus vene- nosis mordaciter dilacerat; quæ quamvis aridendo sit infelibus attrahibilis, Acherontici tamen ad inna Cociti, in silus alti subveniat boantis [Legendum forsitan, ne situs alti subveniat boantibus], impuden- ter est declivis. Et ideo quia ipsa ruinosa carna- liter dilabitur; summopere festinandum est ad amœna indicibilis letitiae arva. Ibi angelica hymni- dicæ jubilationis organa mellifluaque rosarum odora- mina a bonis beatisque naribus inæstimabiliter dulcia capiuntur, sineque calce [videlicet sine] auribus felici- cum hauriuntur. Cujus amore felicitatis illectus, ego Kensfrithus comes Merciorum quamdam telluris parti- culam venerabili abbati Aldhelmo sub æstimatione D x cassatorum in loco, qui dicitur Wodecum, ad ser- viendum Deo et Sancto Petro in perpetuum, jus largi- tuis suis, cum consensu domini mei Ethelredi regis, anno ab Incarnatione Domini 680 inductione viii. »

Datum præcellentissimi comitis stimulavit et pro- vexit munificentiam regis; ut ipse sequenti anno conserret prædia duo, confirmaretque scripto uno, quod est hujusmodi:

« In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi Sal-uatoris. Nihil intulimus, ut apostolicum confirmat oraculum, in hunc mundum; nec auferre quid pos- sumus (I Tim. vi, 7). Idecirco terrenis ac caducis æternis ac mansura mercanda sunt. Quapropter ego Etheldredus rex Merciorum rogatus a patricio meo

A ac propinquo Kensfritho, pro remedio animæ meæ ac pro oratione fratrum in Meldunesburge Deo servientium, xxx cassatos ab occidentali parte strate publice, et non longe in alio loco xv prope Tettan monasterium, Aldhelmo abbati et successoribus ejus in libertatem terrenarum servitutum perpetua- liter libenter largitus sum. Et hanc donationem meam sacræ crucis signaculo propria manu confir- mavi; et favorabilium virorum claro consensu cor- roboravi, ut nulla post obitum vestrum regalis audacia nec sæcularis dignitas decretum nostrum constringere acceptet [i. attente]. Si quis vero hanc donationem augere et amplificare voluerit; augeat Dominus partem ejus in libro vitæ. Quod si quis tyrranica potestate fretus demere salterit; sciat B coram Christo noveinde angelorum ordinibus rationem redditurum. Scripta est autem hæc chiro- graphi chartula anno ab Incarnatione Domini 681 inductione ix. »

Eiusdem regis fuit nepos ex fratre Wilferio Bri- thwaldus nomine, de quo in gestis Wilfredi antistitis supradixi; non quidem rex potestate sed subregulus in quadam regni parte. Hic amore Dei ductus, beato Adhelmo dedit hoc nobile munus. Ea quæ secundum timorem et amorem Domini religiosa largitionis devotione diffiniuntur, quamvis solus sermo suffi- ceret promulgare; tamen pro incerta futurorum temporum conditione, scriptis publicis et documen- torum gestis sunt confirmanda. Quapropter ego Berthwalle regnante Domino rex, pro remedio ani- mæ meæ [et] indulgentia commissorum criminum, aliquam terram conferre largiriique Aldhelmo abbati decrevi, id est illam de orientali parte fluminis, quod appellatur Temys, juxta vadum cuius vocabulum est Summersford, xl cassatos, ea scilicet diffinitione, ut omni servitute sæcularium potestatum portio terræ illius perpetualiter sit libera ad serviendum necessitatibus monachorum Deo servientium in monasterio quod nominatur Maldumesburge. Et ut firmius ac tenacius hæc donatio irroboretur; etiam præcellentissimum monarcham Ethelredum ad testi- monium ascivimus regem, cuius consensu ei confirmatione hæc munificentia acta est. Si quis contra hanc donationem venire tentaverit, aut tyrranica fretus potestate invaserit, sciat se in tremendo cunctorum examine coram Christo rationem redi- diturum. Actum publice in synodo juxta vadum Bregford, mense Julio, tricesima die mensis ejusdem, inductione xiii anno ab Incarnatione Domini 685. Subscriperunt his tribus Theodorus archiepiscopus, Etheldredus rex Merciorum, Berthwalus subregulus, Kensfrithus patritius, Sexulfus Lichfeldia et Bosel Wigornia episcopi.

Eodem tempore Kentuinus rex Westsaxonum, morbo et senio gravis, Ceduallam regi generis ju- venem successorem decreverat. Is ergo quamvis nec adhuc rex nec Christianus, spe tamen regnum anticipabat, [et] baptismum credulitate amibiebat. Quapropter et regem se dici gaudebat; et multa

monasteriis circumquaque largiens, liberaliter huic **A** quæ pro-
vidit cœnobio, sicut hoc enitescit scripto. . . .

« In nomine Domini nostri Jesu Christi, omnia
quæ videntur, temporalia sunt; et quæ non viden-
tur, æterna sunt. (II Cor. iv, 18). Et iterum lubrica
sæculi fragilitas ostenditur. Scilicet per eundem
Apostolum dicitur: *Nihil intulimus in hunc mundum;*
nec auferre quid possimus (I Tim. vi, 7). Idcirco ca-
ducis et terrenis æterna cœlestis infuse corona com-
paranda est. Quamobrem ego Cedualla regnante
Domino rex, aliquam terram pro animæ meæ re-
medio et indulgentia piaculorum meorum conferre
ac donare abbati Aldhelmo decreveram; id est ex
utraque parte silvæ, cuius vocabulum est Cemele:
de orientali parte termini stratarum usque famosum
annem, qui dicitur Temys cxl manentes, et in alio
l. co., ubi conjunguntur duo flumina Aven et Wileo,
et hoc maxime ad pescationem frui. Ita ergo firmi-
ter et immobiliiter hæc largitio in futuram proge-
niem permaneat; ut nullus frangere hujus donatio-
nis privilegium præsumat. Si quis vero contra hanc
munificentiam tyrannica potestate inflatus, venire
tentaverit; sciat se obstatulum iræ Dei incurtere,
et in ultimo examine coram Christo et angelis ejus
rationem reddere. Scripta autem est hæc munifi-
centia inductione anno ab Incarnatione Domini 688,
mense Augusto, xiv Kalendarum Septembrium die
feliciter. »

Partem harum terrarum eodem anno commuta-
vit a quadam Baldredo pro aliis, quæ videbantur et
superiores redditu, [et] viciniores aditu. Eniuero
nescio quo eventu Ceduallæ munere rato viventis,
commutatio post aliquot annos irrita fuit. Est ergo
hæc commutationis chartula.

« In nomine Domini nostri et Salvatoris Jesu
Christi, ego Baldred aliquam terram Aldelmo ab-
bati impendere decrevi; id est juxta flumen Avene,
et circa silvam quæ vocatur Stercanlei, et Cneb-
banburge centum manentes; et ab eo centum
cassatos pro vice suscepi; id est ex plaga orientalis
[l. orientali] silva cuius vocabulum est Bradon; et
hoc cum concilio et confirmatione Kentwini regis
et omnium principum ac senatorum ejus roboratum
est. Si quis contra hæc venire tentaverit, sciat se
ante tribunal Christi judicis et eorum sanctis an-
gelis rationem redditurum. Scripta est autem hæc
dominatio, imo vicaria commutatio, mense Augu-
sto, inductione 1, anno ab Incarnatione Christi
1188. » Subscripterunt his duabus chartis Hedda
episcopus Wintoniensis Kentwinus rex, Cessa,
Centred pater Inæ, postea regis.

Ceduallæ regis post Kentwinum industriam in
seculo, pietatem in Deo video. Quomodo post
triumphatos hostes regno posse Romanum iverit,
ibique baptizatus, supremum arbitrium feliciter
incurrerit, Beda commemoravit latius; nos in
Regum historia perstrinximus. Eo igitur Romanum
enente, regnum per Inam novatum. Ina fuit fortitudi-
nis unicum specimen, prudentiae simulacrum, reli-

gione parem nescias. Indicio sunt bella, quæ pro-
fligavit; testimonio, monasteria quæ construxit.
Has animi regalis dotes animabat stimulus moni-
tionem [l. inmonitionum] Pater Adhelmus; cuius
ille præcepta audiebat humiliter, suspiciebat gran-
diter, adimplebat efficaciter. Ejus monitu Glasto-
niense monasterium, ut dixi in Gestis regum, Curi-
sto fecit; nec parvi pretii rura Melduno intulit;
liberalibus scriptis donativis prosequentibus, quo-
rum istud unum est.

« In nomine Domini Jesu Christi Salvatoris nostri,
ego Ina Domino regnante rex Saxonum, cogitans
vitæ æternæ præmium, verens poenas inferni per-
petuas, pro remedio animæ meæ et relaxatione
criminum meorum, aliquam terræ particulam do-
nare decrevi venerabili Adhelmo abbati ad angmen-
tum monasterii sui, quod vocatur Meldunesburge;
id est xlvi cassatos in locis ab accolis infra nomi-
natis; id est quinque manentes in loco, qui dici-
tur Iserdum; et ibi [l. ubi] rivulus, qui vocatur
Consurbitia, oritur, xx et in alio loco juxta cum-
dem rivulum x et juxta laticem, qui vocatur Red-
burna, x. Et hoc actum est anno ab Incar-
natione Christi 701, inductione xiv. » Subscriptis
Hedda episcopus, et Winberthus clericus regis,
qui et hanc, et cæteras Ceduallæ donationes
dictaverat; quem etiam, ut sibi apud Ceduallam
patronum ascisceret, hac olim epistola invitaverat. «

Domino in dominorum Domino dilectissimo, Win-
bertho Adhelmu servus servorum Dei in anguluri
duorum Testamentorum lapide de summis monitum
verticibus abscesso (Dan. ii); qui statuani quaterna
metallorum genere fabrefactam, quaterna populorum
regna signantein crura tenus, aurato capite, op-
pressit, salutem. Gerulum litterarum ad vestræ
pietatis præsentiam destinavimus; qui vobis viva
voce de causa nostræ necessitatis imminentí plenus
promulgabit; id est de terra, quam nobis veneran-
dus Patritius Baldredus possidenda accepto prelio
obtulit; præcipue pro capture piscium apto et
competenti loco. Et idcirco dum in nostri regis
potestate data et collata esse videtur; obnoxie pre-
camur, ut eamdem agri partem per tuæ charitatis
patrocinium obtinere et habere firmiter valeamus,
ne eadem possessione per violentiam privati, quia
plerumque justitiae jura vacillant, fraudeantur, etc. »
Hic [l. hæc] sunt prædia quæ beatus abbas in-
stantia sua cœnobio indidit, situ amœna, ampli-
tudine jucunda, vicinitate opportuna: adeo ut quislibet
diluculo de monasterio exiens, omnibus facile ipso
die circuitis, adhuc luce profunda domum redeat.
Et quidem post obitum ejus dederunt aliqui aliqua;
sed prædones abstulerunt omnia præter ista; licet
et de his partem vellicaverint. Ita per Aldhelnum
ad quadringtonos et eo amplius cassatos excrevit
locus; qui vix ante lx habebat. Tot enim cassatis
annumeratur quæ villa [l. villa quæ] nunc Broche-
neberge, appendens loco qui cœnobium continet,
ruricolarum consueto nomine appellatur

PARS III.

Nunc quia, secunda expleta pollicitatione, non parum promovimus, et quasi jam medium æquor tenemus, majoribus opus est viribus, ut non ingenii sed Spiritus sancti adjuti flatibus, navem ad silentii littus impellamus. Hic sane lectoris expectationi deero; si quis putat me illa quæ inseram miracula scriptis ex antiquo testimoniosis probatrum. Sed, quamvis illa parte destituar, fidem tamen veri secura prouissione astringo. Erunt enim ista, quæ illaturus sum, sola quæ vavor [*i. favor*] universitatis exsequitur, jam inde ab antiquis ductus temporibus. Erunt quæ communis provincialium assensus defendit, per continuas successiones ad posteros transmissus. Inseruit ea Divinitas mentibus homine vice litterarum, ne deperirent inutiliter per sanctum facta mirabiliter. Non ergo videri debet de nihilo; quæ per succiduas generationes ab omni predictant populo. Si quis vero mihi succensendum opinetur; quod non visa sed auditascibo, præclaros Patres, illustres heroes, qui fecerunt idem, Lucam in Evangelio, Gregorium in Dialogo, in jus trahat, in eamdem accusationem vocet. Quod si protervum judicatur, cur mibi, queso, non licet in exiguo, quod illis in summo? Nec vero hæc nostra ita fide oculata carent, cum ea scrinii antiqui argento vidiimus impressa eo genere artificii, quod anaglisum vocant. Hac igitur fletus venia, agresti licet sermone, cœptum expediam. Attenuabit impudentiæ culpam amor sancti; ut cui displicet eloquentia, placeat materia.

Postquam ergo factus est monachus, sic eum vitam duxisse comperimus. Lectionibus frequenter, orationibus instanter incumbebat, ut sicut ipse in quadam epistola dixit, legens Deum loquente audiret, orans Deum alloqueretur. Tenuitate ultronea victualium pascens animum, nusquam a monasterio nisi necessario progrediens, pecuniarum minime avidus, si quid dabatur in usus congruos, continuo annumerans. Jam vero ut vim rebelli corpori confringeret, fonti, qui proximus monasterio, se humerotenus inumergebat. Ibi nec glacielem in hieme rigorem, nec æstate nebulas ex locis paulistribus halantes, curans, noctes durabat inoffensus. Finis duntaxat percantati Psalterii terminum imponebat labori. Fons ille, de nomine sancti dictus, in valle cœnobii lenibus scatebris fluens, et visu est delectabilis et potu suavis. In alia parte urbis fons Danielis dicitur, quia in eo Daniel cœlestes noctibus ducebat excubias; qui cum Aldelmo pontificales accepit insulas. Inter hæc præclararam hominis conscientiam describere pene verecundaretur oratio, nisi esset in facto gloriosæ victorie occasio. Si quando enim stinulo corporis ammoveretur, non solum illecebræ denegabat effectum, sed alias

A insolitus reportabat triumphum. Neque tunc [*i. tamen*] consortium seminarum repudiabat; ut cæteri, qui ex opportunitate timent prolabi. Imo vero vel assidens vel cubitans aliquam detinebat, quoad carnis tepescente lubrico quieto et immoto discederet animo. Derideri se videtur diabolus, cernens adhaerentem seminarum virumque alias avocato animo insistentem cantando Psalterio. Valefaciebat ille mulieri salvo pudore, illæsa castitate. Residebat carnis incommodum: dolebat nequam spiritus de se agitati lilibrium. Assisunt veritati dictorum meoruin, quantum cœlibatus amorem soverit; Libri De virginitate præclarari, quibus illius honorem definit, pulchritudinem ornat, perseverantiam coronat. Neque enim fas est credi sanctum virum aliter fecisse quam docuit, aliter vixisse quam dixit. Et, ut assertio ista cunctem dubietatis deprocetur offensam, audi quomodo discipulum monuerit, ne lasciva poetarum carmina legat, ne meretricularum consortio inhæreat, ne delicatarum lenocinio vestium vigorem mentis effeminet.

B Domino venerabiliter diligendo et delectabiliter venerando Wilefrido Aldelmu vernaculus supplex in Christo perennem salutem. Perlatum est mibi, rintugerulis [*i. rumigerulis*] referentibus de vestra charitatis industria, quod transmarinim iter, gubernante Domino, capere, sagacitate legendi succensa, decreverit. Etidcirco vita comite optatum Iibernicæ portum tenens, sacrosancta potissi num præ-

C gmina, refutatis philosophorum commentitiis, legit. Absurdum enim arbitror, spreta rudis [*i. e. Novi*] ac Veteris Instrumenti inextricabili norma, perlubrica dumosi ruris diverticula, imo per dyscolos philosophorum anfractus, iter carpere. Seu certe operis vitreorum fontium limpidis laticibus, palustres pontias intulentesque lymphas siticulose potare, in queis atra busonum turma catervatim scalet, atque garrulitas ranarum crepitans coaxat. Quidnam, rogans, queso, orthodoxæ fidei sacramento commodi assert circa temeratum spurcæ Proserpinæ incestum, quod abhorret fari, enucleate legendō scrutandoque sudescere; aut Hermionem petulantem Menelai et Helenæ sobolem, quæ ut prisca produnt opuscula, despondebatur pridem jure dotis Oresti, denunquere, sententia mutata, Neoptolemo nupsit; lectionis præconio venerari, aut Luperrorum bacchantium antistites ritu litantium Priapo parasitorum, heroico stylo historiæ carraxare; quæ altato quondam sceptri in vertice chelidro Hebrææ concionis ob tutibus præsentato, hoc est, alma mortis morte stipite patibuli affixa, solotenus diruta evannere? Porro tuum discipulatum ceu cernuis arcuatis poplitibus flexisque suffraginibus, faculenta fama compulsus, posco, ut nequaquam prostibula lupana-

rium, nugas in quies pomplentæ prostitutæ delitescunt, lenocinante luxu aedas, quæ obrizo rutlante periscedidis armillaque lacertorum tereti ut pote faloris falorati [*i. faloratæ*] cornuca comunitur; sed magis edito aule fastigio spreto, quo patricii ac pretores potiuntur gurgitii [*i. e. gurgustii*] humili receptaculo contenta tua fraternitas feliciter fruatur; nec non contra gelida brumarum flaura e climate olim septentrionali emergentia neglecto, ut docet Christi disciplina, fucato ostro, potius lacernæ gracilis amictu ac mästruæ tegmine incomptu utatur.

Sanctitas ergo morum processit in miraculorum fructum. Et ut ad eorum tentamenta veniret, primum ad pietatem et emendationem Britonum prodiit. Nam Britones, qui olim totam terram, quam nunc Ang'iam vocant, posseditissent, tunc Anglis famulabantur. Hoc illi sui invitatoribus officii impenderant, ut occasionibus aucupatis, quos tutari vñerant, sedibus antiquis detrusos in consfragoza et saltuosa loca innitteret, ubi ignobiles et semiferinum exigerent. Quorum illi, qui Northwallos [*i. Northwalli*], id est aquilonales Britones, dicebantur; parti West-Saxonum regum obvenientar. Illi quondam consuetis servitiis seduli, diu nihil asperum retulere. Sed tunc rebellionem meditantes Kentuvinus rex tam auxia cæde perdonuit, ut nihil ulterius sperarent. Quare et ultima malorum accessit captivis tributaria functio, ut qui ante vel solam umbram palpabant libertatis, nunc jugum subjectionis palam ingemiscerent. Accedebat miseris error sacrate credulitatis; qui quasi extra orbem positi suis potius quam Romanis obsecundarent traditionibus. Et, plura quidem alia catholica, sed illud potissimum abnuebant; ne Paschale sacrum legitimo die celebrarent. Illud nec universalis Ecclesiæ concordi more adducti, nec beatissimi Augustini Cantuariensis archiepiscopi admonitionibus emendandum rati, pertinaciæ controversiam sovebant. Illic [*i. hinc*] frequentes West-Saxonum conventus, crebri cœtus coacti, quid esset opus facto, ut Britones, iam denuo conversi, rectum callem ecclesiasticarum observationum ingredierentur. Sententia per plures dies multo verborum agmine voluntata, hunc finem habuit, non vi cogendos schismaticos, sed rationibus ducendos. Quocirca quidquid eorum errores dejicere, quidquid pertinaciæ obviare posset, mitteretur in litteras; quarum illi rationibus creduli animum corrigerent. Ibi quo minus fieret, nihil obstare; si Aldelmo abbas sua erroneous admonitione dignaretur. Ejus conuenire vitæ, ut velit; doctrinæ, ut possit, quem libet veterem incredulitatis morbum avertere. Ambitus ergo precibus universorum vir beatissimus; ut hunc laborem impendat schismaticorum conversioni, patriæ laudi, in [*i. et*] cunctorum in commune saluti. Suscepit ille munus, quod ex fraternis cordibus suggerebat charitas, nec minor fuit per-

A sciendi efficacia quam suscipiendo obedientia. Sic falsum Pascha confutavit; sic verum edocuit. Condiebatur sermo propriis evangelicis testimonis, et rationis invictæ fulmen imber assertionum patens sequebatur. Opus ergo summa laude perfectum Britonibus direxit; orationes ad Deum adiiciens, ut quibus verba impenderet, pro *cis* vota cumulare. Hec est enim gemina ecclesiastici dispensatori industria, ut ad corrigendos devios nec duci [*i. dicit*] in ore correptio, nec dormit in corde oratio. Nec potuit privari effectu sanctissimi vir labor; quin potius laudabilem accipiens finem, ad veram errantes convertit religionem. Debent u-que hodie Britones correctionem suam Aldelmo; quamvis pro insitâ nequitia et virum non agnoscent et volumen presumdederint.

Caput monasterii, ut dixi, in Sancti Petri ecclesia erat; verumtamen, ut est animus nobilis industria operandi ferias ponere nescius, alteram in ambitu ejusdem cœnobii ecclesiam in honorem genitricis Dei Marie facere intendit. Fecit ergo ecclesiam eidemque alteram contiguam in honorem Sancti Michaelis, cuius nos vestigia vidimus. Nam tota majoris ecclesiæ fabrica celebris et illibata nostra quoque perstitti ævo, vincens decore et magnitudine quidquid usquam ecclesiarum antiquis factum videbatur [*i. videbat*] in Anglia. Ad hoc ergo templum exquisitus ædificandum post lapidem tabulatum sine ulla parcimonia sumptuum aggreditur copia lignorum, impensis sancto instanti; quo prono famulatu placere Domino. Janque ad contignationem trabium ventum erat; que magno coemptæ pro longitudine itineris, evanescit difficultate pretium auxerant. Omnes ad unum modum succise fuerant, præter unam; quæ, brevitate sui, artificum peritiam luserat, seu illorum curia [*i. incuria*], seu, quod libentius crediderim, voluntate divina; ut sanctas illustris enitesceret vi. Scro ergo dampnum succisse arboris operari animadvertis [*i. animadvertisentes*] primo inter se nussitare, post Aldelmo in notitiam detulere. Modeste ipse illorum culpam serens, nonnihil tamen pro difficultate reparande materiae movebatur. Nihil enim remedii et superfluo providerat; iterumque ligna derelicta labor immensus videbatur. Quare humano desperato auxilio, spem Deo contulit, rem ex compendio corrigere meditatus. Animabatur ergo miraculum exhibere; utpote quia multa jam virtutum experimenta cooperat occulte sane, ne favoris irascitissimos conscientiae flores decuteret. Itaque solam motu labiorum orans, et brachiorum levi conamine nitens, decurtatam trabem aliarum longitudini parem fecit, continuoque, ut miraculum dissimularet, modestia convitiorum artifices invaserit; quod euin de trabis damno lusissent, quæ nihil mindi longitudine aliarum haberet. Illi, perpendiculo aperto signum et emendationem experti, latum erucre, asperitateque sermonum non aspernante

ferentes, victos se virtute sancti dissimulantes, gavisi sunt. Funali ergo machina cum cæteris in tectum levata, contignationem exploravit. De bac trabe majorum nostrorum fuit verax relatio; quod nec in duobus incendiis, quæ totum cœnobium temporibus Elfredi et Edvardi regum consumperant, ullam labem tulerit; donec annis et carie victa defecit.

Jam ergo monasterium surrexerat; jam adjuncta Beatae Mariae basilica clarius enitebat; poteratque videri et dici Aldelmus felix tot monachorum patronus, tot possessionum dominus. Sed ille longe porroco prudentiae intuitu olim offuturis occurrendum arbitratus. Romam ire animo destinabat. Causa eundi fuit ut monasteriis suis apostolica privilegia acquireret, Meldunensi maxime, quod ab antistitis Leutherii liberalitate profectum in successorum calumnias recidere poterat. Quas ille, ut dixi, propheticō presagiens oculo, qualiter vel deppelleret vel labefactaret cogitabat. Communicato propterea cum rege West-Saxonum Ina et Etheldredo Merciorum concilio, quorum ei gaudebat amicitia et eminebat munificētia; illisque a sententia non discedentibus, Romanum calleū ingressus est. Verumtamen [ut] licentius necessaria componeret; in prædia sui juris apud Dorsatensem pagum abiit. Ibi, dum felicem auram operitur, ecclesiam fecit in qua sociis ad necessaria occupatis, ipse itum et redditum suum Deo commendaret. Ejus domus materiae adhuc superstites cœlo patulæ tecto vacant; nisi quod quiddam super altare proeminet, quod a seditate voluerunt sacratum lapidem tueatur. Cæterum nunquam tanta vis imbrium foris in circuitu insaniat; quod infra ecclesiæ ambitum vel gutta decidat. Hoc enim [non] pro miraculo jam, sed pro consuetudine habent pastores; qui in campestribus vicinis animalium custodiæ curam gerunt. Quandocunque enim densato nubium vellere nimbus ruinam minatur; omnis eo agrestium turba cursu fugam glomerat; infraque maceriam ecclesiæ patenti ære consistens, nihil pluvia persentiscit. Quo adducti miraculo proceres provinciæ non semel tentarunt; ut donni tectum inducerent; sancto volentes officii sui exhibere clientelam. Sed frustra fieri experti, desiere; intelligentes sancto placere proludium [*i.e.* proluvium], quo frequens exhiberet miraculum. Copia signorum eo quotannis ad festum ejus invitauit populum; frequentatiorque ibi et munerum oblatio et sanitatum exhibitio, quanta nec in loco ubi sacra-tissima ejus adorantur ossa: Deo credo per hanc innuente satis superque sufficere debere Meldunensis corporis ejus gloriam; modo cæteris non in videant virtutum ejus presentiam.

At vero ut dicere cœperam, superatis marinis discriminibus devictisque longæ viæ difficultatibus, venit Romam. Erat tunc temporis Sergius summæ sedis episcopus; qui viri illustris adventum ea qua decuit humanitate suscepit, peregrinationem sovit episcopaliter. Excitabat venerantiam pontificis in

A abbatem, quod videretur a vita ejus religione non discrepare scientiam, moribus non dissidere doctrinam. Aliut bona famæ odorem propria divinitas, in tanta urbe virtutum laude clientem sublimans. Est Romæ consistorium, quod Lateranense vocant, ubi Constantinus imperator ex palatio suo fecit apostolicis pontificibus patrarchium. Ibi Aldelmus cum papa manens, benignum frequentabat contubernium; nullumque diem excipiebat, quo missam non cantaret, cuius solemnis tedium peregrinationis falleret, Deo se suosque commendaret. Id cum quadam die pro consuetudine fecisset; jam, niissa dicta, vestem, quam casulam nominant, post terga rejicit; opinatus falso aliquem, qui exciperet, astare, alias scilicet cogitatione projecta, et extasis divinæ adhuc plenus. Minister parum providus ad aliam altaris partem nescio quid scrutabatur. Sed enim: Non dormitat, neque dormit qui custodit Israel (*Psal. cxx, 4*); qui cessante hominis industria sua prompsit magnalia. Confestim enim radius solis per perspicuitatem vitreae fenestræ clarus emicuit; et casulae se subjiciens longiusculæ a terra suspensam per inane portavit. Quantus tune ibi popularis clamor fuerit, quis referat; quia viderent famulo Christi famulari naturam contra naturam? Merito, ut qui semper mentem librabat in æthera, vestem suspenderet in aera; et illius obsequio solidaretur inane, qui omniz terrestria despouens ut fluxa et caduca, sola iuhariet cœlestia. Hæc autem vestis, incertum za ab Anglia secum delata, an ibi ad tempus commodata, hactenus apud nos habetur. Servatur studiosissime tantæ virtutis concium inuidumentum, nihil diligenter pretermittentibus Ædituis; ut sine labore pascat oculos succiduarum generationum. Est autem fili delicatus-simi, quod conchilioruim fuciis ebrium rapuerit colorem coccineum; habentque nigrae rotulæ intra se effigias species pavonum. Longitudinis spatiæ quia [*i.e.* qua], docemur proceræ statuæ sanctum fuisse. Ideoque ossa brachiorum, et cætera, quæ videre meruiimus, protestantur, Aldelnum quondam ea excreuisse habitudine, quam non molem sed dignam proceritatem corporis possumus diffinire.

Morabatur ille Romæ; continuabatque Dominus in famulo virtutum gratiam, subinde causas exculpans, quibus dilectum sibi esseret. Et in tempore res accidit, qua secundæ virtutis occasionem dedit. In unius apostolici cubicularii domo puer natus recens erat; exieratque et perstrepebat fama in vulgus mulierculam, que religionem professa vestem mutaverat, caput velaverat, peperisse, nec patrem exstare. Nec jam dubia suspicione sed publico clamore pontifex sceleris arguebatur; quod ad illum femina ventitare et secretius colloqui solita dicerebatur. Familiari mortalium miseria, ut omnium statim imperatur odio, qui quolibet sauciatur infortunio. Tunc ille omnium criminum reus dicitur et qualibet cruce dignus. Sic popularis insania laudabilem pontificem suspicionibus urgebat, infamabat clamoribus virum: quo nemo unquam vel litteris acutior

et promptior, vel fide rectior et probabilior, vel vita sanctior et perfectior fuit : [qui] faceret omnia quæ sancta diceret, quæ catholica ; nec ullius terrenæ potestatis metu premeretur. Denique imperatorem Constantinopolitanum contra fidem Catholicam garnientem palam sententia lata condemnauit; eademque discriminè proceres consentaneos, si non resipiscerent, involvit. Quantas ille propter hoc epistolas scripsérunt, quantos labores pertulerit, alio volentem scire litteræ [docebunt]. Ego ad Aldhelnum recurro ; qui pontificis injuriae compassus ad animam, causam fluctuantem quantis potuit facundie viribus apud populum egit. Turpe esse et miserabile, ut ipsi pontificem suum suspicione criminum incessant. Quid momenti apud Britannos vel aliam gentem, si qua ultra Oceanum jacet, habiturus sit pontifex Romanus ; qui a suis impetrat civibus ? Postremo verum non videri ; ut talis peccati se impediret voluntario, qui toti se meminisset prælatum mundo. Haec cum in auras effunderet ; nec enim popularis tumultus semel excitatus leviter leniri posset, ille pro sanctitatis conscientia paulo commotior : « Afferre, inquit, infantem ; ut ore suo pontificalem depellat injuriam. Proinde a fatuis suspicionibus discedant, in gratiam antistitis redeant ; se, quantum sua interesset, paci non defuturum. » Dictum excepere nonnulli cachinnis ; quod insolita promittere, indebita præsumere advena videretur. Verum tamen infantem allatum, vix dum novem a matre dierum, baptisimi lavacro prius innovavit. Sciscitatus est deinde publice utrum vulgi opinio conveniret veritati de patre ? Tum ut vides Dei gratiam præsentem ; pusillus in vocem absolutissimum conatus, nodum dubietatis abruptit ; sanctum et immaculatum Sergium esse, nunquam illum mulieri communicasse. Plaudit plebs miraculo. Innocens antistes ovat triumpho. Aldhelni meritum extollit Roma : repercutusque et ingeminatus lamentum clamor ipsa quatit sidera. Qui tamen rogatus, ut quia falsum patrem infamia exuerat, verum cognitioni populi addiceret ; facere refugit : præstatu suum esse, ut insontes si posset danno eximeret, non ut sonentes morte opprimeret.

Talibus virtutum indiciis eximie delectatus pontifex, non difficilem se impetratu exhibuit ; ut monasteriis, [pro] quibus rogabatur, elaboratæ, auctoritatis privilegium indulgeret : quod hic ex integro apponam, ut omnem ambiguitatis evadet scrupuliu, quantis sint maledictionibus obnoxii, quantarum penarum sint futuri servi, qui nunc id impune se opinantur tenerare et transgrexi.

« Sergius, servus servorum Dei Aldhelmo abbatijusque successoribus, et per vos venerabili vestro monasterio. Ea quæ religiosæ conversationis intuitu monachis servis Dei pro libera vivendi facultate conferuntur, non pro illecebrarum licentia, sed pro sedulitate bene conversandi, et divinis servitiis se ipsos procul dubio mancipandi, a præsulibus atque cultoribus Deo decretae Christianæ religionis indulgentur ; ut nexus humanæ conditionis exuti, dum ab

A omni munere secularium functionarum efficiunt immunes, sicut professionis eorum regula protestatur, Deo penitus videntur ; et ejus solius sint intenti servitio, pro cuius majestatis reverentia non solus ab oneribus temporalium ditionum sunt liberi ; sed etiam amore religionis maximo honore sunt digni. Unde poscente a nobis religione vestra, ut auctoris nostri beati Petri apostolorum principis vice, mihi Creator et Redemptor noster Dominus Jesus Christus claves ligandi atque solvendi in celo atque in terra dignatus est impetrare ; cuius et nos licet imparies ministerio fungimur, et Ecclesiam ejus Dei dignatione disponimus : monasterium beatissimum apostolorum Petri et Pauli, quod Meldum religio menioriæ condidit, quod etiam nunc Meldomesborg vocatur, situm in provincia Saxonia ; atque aliud monasterium, quod in honore sancti Joannis Baptiste est in eadem provincia positum juxta flumen, qui vocatur From ; quæ tuam religionem Deo cooperante provide dispensare multorum veridicæ relatione cognovimus apostolicis privilegiis roboremus, pie devotionis facientes assensum. Hoc tamur vos in Dei laudibus et orationibus studiosos atque peregrines, abstinentiæ, castitoniæ, purificationi tenaciter inherentes, hospitalitatis atque humanitatis officiis deditos, ac devotos obedientiæ et humilitatis Christi existere vos amatores, circa invicem pia charitate concordes, mandatis spiritualibus et sanctorum Patrum regulis serviendo, apostolicæ fidei rectitudinem illate servare, bonis studiis opem dare, humanitatem peregrinis et elegantibus impendere, ecclesiarum Dei præsulibus et sacerdotibus venerationem debitam exhibere ; Deo vacare, seculares curas et quæstus effugere, temperantiam et paupertatem diligere, psalmis et hymnis spiritualibus atque orationibus assiduis cum Deo colloquium inserere ; abstinentiam tanquam purificationem corporis in cunctis vite studiis adhibere, in omnibus Dei mandatis alterutros excitare, sollicitos circa sui saltem esse, et proficientes in melius seculari, et in Dei præsidio considerare, immaculatos vos non solum a contagione carnali, sed etiam a sermonibus novis et cogitationibus custodire, ut castitas atque sobrietas corporis simul et spiritus vestri ante Dei oculus luceat ; quatenus et interior homo gratia virtutis illustretur, et exterior bona conversationis lucem atque opinionis obtineat. Quia igitur talibus debetur pontificalis indulgentiæ beneficium ; præsentibus apostolicis privilegiis prædicta venerabilia monasteria docernimus munienda : quatenus sub jurisdictione atque tuitione ejusdem, cui et nos deseruimus, auctoris nostri beati Petri apostoli, e. ejus, quam dispensamus, Ecclesiæ et nunc sint et in perpetuum permaneant ; sicut tua religio petiit, nulliusque alterius jurisdictioni sint subjecta : nec quisquam episcoporum aut sacerdotum, aut cuiuslibet ecclesiastici ordinis clericus quoque tempore sibi in ea qualenkunque jurisdictionem defendere, aut suscepptionem vel quælibet munuscula a religiosa congrega-

gatione extorquere vel exposcere presumat, neque in eorum oratorio episcopalem cathedralm constitutere aut missarum solemnia ibidem gerere, prater si a religioso abbatate et congregatione ascitus advenerit. Presbyterum vero si necesse habuerint pro missarum solemniis sibi ordinari aut diaconum; a reverentissimo episcopo, qui e vicino est consecrandum expositulent; illo duntaxat quae ad sacram regulam pertinent sub divino iudicio perquirente, et absque muneris datione ordinante. Si autem et religiosum abbatem obire contigerit, et ad electionem alterius fuerit ventum; illum, quem religiosa congregatio servorum Dei communi consilio delegerit, promovendum e vestigio; ut non detrimentum monachicæ conversationis disciplina incurrat, vel res monasterii abbatis privatione depereant. Presul quoque, qui similiter in vicino fuerit, ex apostolici pontifici auctoritate orationem ei abbatatus attribuat. Dum hæc ita sint, si quisquam episcoporum, presbyterorum vel cuiuslibet ecclesiastici ordinis clericus, sive etiam laicus, enjusque dignitatis fuerit, hæc a nobis sub divino iudicio statuta transgredi vel temerare tentaverit: reum se noverit ante conspectum Dei, et a participatione corporis salutiferi et sanguinis Domini alienum. Condemnationem, quam Judas Iscariotta assecutus est, assequatur; et ab apostolorum principe, ut Ananias et Saphira, persecutur, nisi de incepto temerariæ presumptionis poeniteat. Vita vero, salus et beatitudo perpetua his, qui hæc conservaverint, et conservari mandaverint. Bene valete, dilectissimi fratres.

Pagine hujuscem prærogativa Aldelmus triumphans, simulque benedictione antistitis et sacrarum reliquiarum pignoribus fatus, redennit domum iter impiger adoritur. Devehens secum multimoda peregrinarum mercium pretia; quæ patriæ nova et mirabili inferret copia. Inter quæ fuit altare ex splendenti marmore, candido colore, sesquipedali crassitudine, quadrupedali longitudine, latitudine trium palmarum, labio ex codem lapide prominenti in circuitu pulchre densatum. Camelus, ut dicitur, (Quod enim nostre regionis animal tantam sustinere molem?), ejus usque ad Alpes bajulus fuit, et inoffenso tulit. Ibi camelus seu quodlibet quadrupes, nec enim referet quæ bestia tulerit, vel iniqui fascis injuria vel propter prærupta via declivia concidit. Ruina jumentum contrivit; et marmor in duas partes effregit. Utriusque rei damnum sociis ingemiscens, sanctus arcano cordis murmure et protensa benedictione dextræ sarcivit. Animali salutis vigor refusus; quod alacri statim se motu excutiens, in pedes constituit. Fractura lapidis, quæ non recta linea, sed quodam anfractu desiliens crepuerat, statim se in solidum compedit. Sed ut mirabilis signi memoria non obsolesceret, adhuc cicatrix sciseure patet sanata quidem miraculo, sed curioso tamen perspicuo oculo. Recidit mortalia, reciteratur semita. Ita omni comitatu incolomi ad mare, quod Galliam Angliamque disternat, venit. Ibi placido

A carine sinu exceptum post feliciter onavigatum pelagus secunda compatriotarum desideriis fortuna restituit. Venienti occursum est ubique magna pompa longo apparatu salutantium. Religiosorum alii suavitate mulcent aere, alii lignum divinum præferunt, alii odoris thymiamatibus vias afficiunt. Laicorum pars pedibus plaudunt choreas; pars diversis corporum gestibus internas pandunt lætitias. Omnes in commune Deum laudent; qui lumen Britannæ redixit, quod iam dulium peregrinantes radios per alias terras porrexerat. Nec fastus regius Inam et Ethelredum, illum West-Saxonum, hunc Merciorum principem, ab hac exceptit lætitia. Quippe ubi antiquo viri amori recens accreverat apostolicarum salutationum reverentia. Magno igitur gaudio et prona venerationis ostentatione susceptus, privilegia monasteriorum suorum ambobus ostendit regibus. Ita efflagitabat ratio, ut quæ utrorumque subsistebant muneribus, utrorumque firmarentur assensibus. Accurrit continuo regia religio dictis pontificis; nihilque minus fuit, quin vicino obediente pede jussa persequeretur.

B Id quamvis memorandi principes pro insita benevolentiae gratia non difficulter fecissent; ex abundanti tamen Aldelmus magnorum xeniorum oblationibus consensum voluntarium elicuit. Et alteri quidem alia, sed in æ altare dedit. Is illud in vico quodam tunc regio Briwecane vocabulo sanctissimæ Genitricis Dei locavit obsequio; ubi ad hunc diem sicutum, vivum, ut ita dicam, sanctitatis Aldelmi C prebet indicium. Est ibidem et alia major ecclesia in Sancti Petri nomine; quam a beato viro factam et consecratam non negligenter asseverat opinio Hujus orientalem frontem nuper in majus porrexit recentis ædificationis ambitio. Eo, ut dixi, modo processit labor handabilis pro sanctæ Ecclesie honore susceptus. Jamque ille in dies senectutiæ affinis processerat.

D Ac vero aliquo annorum intercurrente spatio, Hedda totius West-Saxonæ pontifex, apud Wintoniam sedem habens, excessit mundo. Gratissimus Tuit hic obitus cœlestibus quod pro sanctitate præterite vita numerum eorum ampliare: luctuosas mortalibus; quod vix parem possent invenire, qui tantæ diocesos circuitum vellet regere. Quidquid enim nunc ivi episcopi gubernant, unus tunc ille frenat; rebelles auctoritate premens, supplices simplicitate demulcens. Synodali ergo consilio diocesis ultra modum protensa in duas sedes divisa; quarum altera Scireburnia, altera esset Wintonia. Iuqua et impar fuit ea divisio; ut unus duos tantum pagos, alter totum regeret quidquid West-Saxonici tractus immensitas continet. Singulis sedibus suspecti pontifices pro scientiae merito et natali solis confinio. Wintonia prælatus Daniel, qui esset ejusdem regionis oriundus, literarum non egenus. Scireburnam sortitus Aldelmus; cui sapientiae prærogativa, et ævi malitias ad majus culmen aspiraret; cum et genitalia

terræ charitas suffragaretur, quod ejus provinciæ A iudigena esset. Procedit ergo, ut creditur, agente Deo universalis electio; ambiturque a beatissimo sene, ut episcopatum dignetur [suscipere]. Omnis ætatis et ordinis consilatur sententia dignum videri præsulatu, excocta jam ætate serium, litteris uberem, religione nulli disparem. Sin vero natalium dignitatem considerandam putes, quam beatus Apostolus in talibus non permiscet; quis eo nobilior, qui regalem prosapiam proxima contingit linea? Ejus fama, ejus vitæ semper illum fuisse, de qua nunquam vel parom sinistra jactata sit opinio. Restituit ille quantum potuit; quæ repulsam suam adjuvare, quæ unanimitatem illorum infirmare possunt, non segniter objectans. Sed enim in nihilum fatigabatur: cum eo ipso quod pro se paravat, convinceretur. Id erat annorum gravitas, quibus e proxima meta resipientibus senium admoneretur leni quiescere otio, non periculoso indulgere negotio. Quod statim ab audientibus retorquebatur in aliud; quod quanto annis maturior, tanto esset vitiis defæcator, consiliis promptior. Habuit ergo modum; restitutique quod concinnum rationi visum est. Sed ubi unanimem et diuturnum assensum accedit, fraternæ obedientiæ habendas vitæ sue laxavit, veritus divino resultare oraculo, quod corda omnium conflaverat, ora oppleverat. Suscipiunt igitur collegam episcopi, patrem clerici, patronum laici.

Inde acclamantibus cuncris, reclamantibus nullis, C B rihwaldo primæ sedis archiepiscopo pro more consecrandus deducitur. Is in veteris contubernii sodalem; nam et pariter litteris studuerant, pariterque viam religionis triverant: electionem factam gratiore complexus, favorem auxit. Itaque non solum consecrationem induxit; sed etiam multos dies secum retinuit, ejus consilio archiepiscopatus sui pondus allevians, cansarum rationem examinans. Unde factum est, ut his diebus Doroberniam [hodie Devoram appellamus] pergeret; quod est littus Cantuariorum ad XII millia proximum, audiens illic naves appulisse. Portus ibi, ut plerique maritimorum locorum, inquietus quia angustus. Citissimus eo a marinis transitus paucorum admodum millium tractus. Quo fit ut in illius spatii angustia inter se currentes et illidentes fluctus minima occasione pelagus exasperent; ibique maximo incurritur periculum, ubi sperabatur periculorum effugium. Jam vero in statione navibus receptis tutissima quavis tempestate quies. Hoc ideo prætuli; quia ad rem quam inferam attinet. Spatiabatur sanctus juxta mare; intentusque oculos mercimoniis insigebat, si quid forte commodum ecclesiastico usui attulissent nautæ, qui e Gallico sinu in Angliam proiecti librorum copiam apportassent. Conspicatusque librum totius Testamenti Veteris et Novi seriem continentem; ad emendum intentus, animum a cæteris remisit. Cumque guarus folia volveret, præmium effringeret, barbari eum nautica lascivia conviciis aggrediuntur.

Quid ita merces alienas depretiare, et attenuaret rerum non suarum valentiam? Sua si vellet eventilares; extranea suo pretio relinqueret. Horum ille contra verborum contumaciam nulli retulit nisi risum. Postremo adhuc præium illi percunctantem loco cum ignominia deturant; tasisque rudentibus longius a lixore se remiserunt. Sed non longe morata divina ultio injuriam sancti acris vindicat. Procœda surgit, turbo sevit, densa tur nubes, subducitur dies, pelagi caligo aerisque horror noctem inducit; congeaminant terrorem mortuum furor, rudentium stridor. Anteora certas tempestatis non patitur; latus navis hinc in tandemibus noctibus quassatur. Defecti ars remigem; decidit peritia nautarum. Et jam pessimum [l. pes sum] ibant; videbanturque in miserorum mortem omnia consiprasse elementa: cum licet brutes animos intelligentia subiit, propter injurias sancti cui conviciati fuerant, se lucre poscas. Exclamant ergo in planctum; et supplices tendunt ad littora palmas. Orant opem; pollicentur emendationem. Facile fuit beato pontifici, ut remitteret culpam; qui non doluerat contumeliam. Et primo quidem porrecto contra sævientia flabra crucis signo, omnibus tempestatis diminuit et mansuetecit. Maxime ipsa scapha ascensæ virtute remigum periclitantes adisset; mutata in bonum omnia, tempora tanta quiescit; turbo conquitiniscit: ventorum usus versus navem impellit ad littus: unde, quæ ante minabantur exitium, nunc sensim allabores pollicentur obsequium. Politi ergo nautæ opula statu mis arena, librum sponte offerunt, accepisti gratis, dignetur munus famulorum, quos ab ipsis mortis fauibus in siccum evexit. Appendit ille mercedem aquæ lance in medium conferens; ne aut pauperes magno damno emungeret, aut supplicium preces repudiaret. Id volumen adhuc Meliori visitur, antiquitatis venerandum præferens specimen.

Novi ergo compos honoris, provinciam regressus, cum in omnibus nomen æquaret officio, immo vel maxime libertati monasteriorum studere, habeantque sedem Scireburum, ubi et ecclesiam, quam ego quoque vidi, mirifice construxit. Ac primum quidem humanæ vitæ incertum metuens, cum monasteriis suis abbates præponere vespel, huic voluntati monachi consueti Patris dulcedine opposuerunt obiecim. Cujus rei tenorem contulit in scriptum; ne laberetur, neve successores necessitatem perverterent in tyrannidem; non parituri sub obligatione divina interminatus perniciem. Illius scripti leges hic est:

« Nihil in hoc seculo prolixa felicitate perfruatur, nihil diuturna dominatione potitur, nihil quod non ad fatalem vitæ terminum loci cursu protendatur. Et ideo nobis sic mundanarum rerum patrimonium sunt perfruenda, ut iamnen æternæ patriæ emolumenitum nunquam fraudemur. Hinc est, quod ego Aldelmus, postquam me innumeritum nullisque penitentis moribus comprobatum, in pontificatus offici sedem divina gratia subtronizasse, proposui. »

cano mentis meae affectu, ut monasteriis meis quibus iamdudum in abbatatus gradu constitutus, suffragante Domino regulariter prefui, religiosum abbatem, quem sibi spontanea familiarum mearum opilio consona voce elegissent, canonica ratione atque regulari sanctione constituerem. His voluntariis propositionibus meis pia monachorum meorum resistit pervicacitas. Et cum hoc sedulo sepiusque in conventu fratrum meorum fiducianter narrasset, nullus his votis meis placidissimum praebet assensum: dicentes quod quandiu vitali vegetaris spiritu, nobiscunque presentis vitae deputaris studio, tue semper dominationis iugo humillima colla subdere non dedignanur. Sed hoc supplici prece communique rogatu deprecamur, quod sub sacra Scripturarum testificatione et favorabilium virorum claro consensu corrobores, ut nullus post obitum tunum nec regalis audacia nec pontificalis auctoritas, vel aliquis ecclesiasticæ seu sæcularis dignitatis vir sine nostro voluntatis arbitrio in nobis sibi vindicet principatum. Huic debitæ monachorum meorum maximeque famulorum Dei petitioni libentissime consensi; et in monasterio quod juxta fluvium, qui dicitur Winburna, situm est, cui venerandi regis nostri germana Cuthberge præsedit, cum optimo famosissimi regis Inæ consensu et reverentissimi fratris et coepiscopi mei Danielis nutu presentatae professionis devotionem decentissimam et vernarum Domini postulationem sacræ crucis signaculo confirmavi: identidemque venerandus rex et prænominatus pontifex pari devotionis manu subscripserunt. Nec multo post in sacrosanto concilio, quod juxta fluvium, qui dicitur Noodr, congregatum est [i. esse] cognoscitur, in idem omnium Saxonie gentis archimandritarum cum regalis potentatus assensu et pontificalis prioratus autu consensit auctoritas. Si quis contra hæc tam illustrium personarum decreta moliri machinetur, et sacra præsentis schedula scita prævaricari præsumperit, sciat se ante terribilem divinæ majestatis thronum cuin prævaricatoribus præceptorum Domini lugubri damnationis judicio percellendum; sunt autem hæc nomina monasteriorum Maldubesberge, Froom, Bradonford. Scripta est hujus confirmationis chartula anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 705 inductione iii. Subscripserunt Ina rex, Daniel episcopus, Ethelfrithe patricius.

Quamvis igitur hac charta suis monasteriis consoluisse et tyrannidem successorum propulsasse videatur, non tamen illustri animo suffecit, nisi et omnibus ecclesiis quæ in West-Saxonia erant consultum facaret. Dulcibus igitur monitis credulum sibi animum regis urgens, hujusmodi edictum obtinuit. *e* In nomine Domini Dei nostri Salvatoris. Ego Ina regnante Domino rex, cum consilio et decreto presulis nostri Aldhelini, simulque cunctorum Del sacerdotum suggestione et monachorum petitione qui in parochia Saxonum conversantur, hanc libertatem ecclesiis impendo, et hanc privilegii di-

Agnitatem monasteriis confero, ut sine impedimento sæcularium rerum et absque tributo fiscalium negotiorum liberis mentibus Deo soli serviant, et monasticam cœnobii disciplinam, Christo suffragium largiente, regulariter exerceant, ac pro statu et prosperitate regni nostri et indulgentia commissorum criminum ante conspectum divinae Majestatis preces fundere dignentur, et orationum officia frequentantes in ecclesiis pro nostra fragilitate interpellare nitantur. Si quis vero, contra hujus decreti syngrapham venire tentaverit, sciat se coram Christo novemque angelorum ordinibus in tremendo examine rationem redditurum. Hoc vero decretum a nobis libenter concessum taliter servari et confirmari decernimus; ut tam uobis vita comite B propitia Divinitate regni gubernacula regentibus, quam futuri successoribus haereditatis jure regnandi monarchiam tenentibus, inextricabili lege firmiter roboretur. Nam pro amplioris firmitatis testamento principes et senatores, judices et patricios subscrivere fecimus. Actum publice et confirmatum in loco qui appellatur Eburleagere, VIII Kalendarum Juniarum die, inductione II, anno ab Incarnatione Christi 704 feliciter. Subscriptis Ina rex. Ego Aldelinus, servus servorum Dei, hoc decretum manu propria roboravi. Subscripterunt et abates, proceres ix.

Ista divinus pontifex indefessus agebat, sicini finis non nescius. Sordebat enim jam terrena viro; inhibebatque cœlestibus. Quapropter optimum factu ducebat, si meta vitæ talibus percurreret, quæ essent suæ laudi memoriae, subjectis emolumento et gratiae. Et licet nimis effeta caro labores perferre negaret, tamen solida mens jamque foras eminebat et ipsis cœli januis illuminans vincebat temporum situm. Fragilem igitur corporis usum, non longe post desertorem animi, spiritualibus exercitiis subjiciebat. In prædicationibus noctes perinde ut dies continuans, diœses non sequenter circuiens, ipse integre et non minus quam in viridi ætate Jejunia ceteraque id genus bona frequentans. Duxit itaque vita hominibus placida, Deo placia, post episcopatus annos quatuor

Ad superos superum cultor sociusque recessit;
Alterat astra solo, mutat et arva polo.
Halitus alta subit, sovet artus hospita tellus,
Depositumque suum poscit uteque locus,
Impulerat Phœbus bis quina luce Latonam:
Involucris mundi cum resolutus abiit.

Est in pago Somersetensi [villa] Dultinge vocabulo, in qua hominem exxit, quam pridem monachis dederat, Glastoniensis usum fructuarium pactus. Domus obitus ejus conscientia lignea erat ecclesia, in quam se ultimum spirans inferre jussit, ut ibi potissimum effaret, sicut incolæ hodie per succiduas generationes asseverant. Hanc dum quidam Glastoniensis monachus ex lapide resectam in die [s. Dei] faceret consecrari nomine, immiscuit se confertæ multitudini mulierculæ utroque lumine jamdudum cap'a. Hæc in signo Odei densitatem

vulgi perrupit, clamitans ut ad altare duceretur in- cunctanter; sc̄ credere quod sanctus, cuius basilica consecraretur, viduæ exercitatem depelleret, qui tota vita solemnes eleemosynas viduis conferre solitus esset. Audacia credulitatis de celo traxit auxillum: implevit viduos orbes lux serena. Nec latere potuit miraculum cornim populo celebratum, præsertim eum et personæ et personæ calamitas provinciæ vulgatissima esset. Constat in eadem ecclesia lapidem esse, cui sanctus moriens insederat; cuius ablutione plures ægroti sanitatem innisso noscuntur.

Tunc beato Egvino Wigornensi episcopo visio cœlestis affulgens obitum sodalis innotuit; et ut ad locum pergeret, præcepit. Ille dolens et amoris stimulis tunc maturans celeriter Dulting pervenit. Depositaque pro animæ requie oratione, ut pro desiderio et præcepto sancti Meldunum corpus promoveatur, jubet. Compescit ejulantium lacrymas fidei præsumptione; opus accelerat ipse operis maturator assistens. Efferuntur ergo felices exuviae magno præuentium et subsequentium agmine; dum quisque beatorem se putaret qui propior esset, eratque ingens comitantium solamen saltem fererum videri, si non posset tangi. Ipsa enim species et forma exanimis corporis multum decoquebat doloris; demulcebatque oculos manens gratia et permanens figura. Celebris illa pompa funeris fuit; dum pro miraculorum frequentia ficerentur semper lapides crucis ad septem milliaria. Ad quas plures inveteratis morbis debiles cum fide accedentes, violentia precum relerem rapuere salutem: virtutum signis manentibus usque hodiernum diem. Nec fidem auditorum excedere debet, quod pene tot sunt miraculorum testes, quot provinciales; quorum certissimum beatum Eginum in testem cito, qui in quodam scripto post quædam alia sic ait: « Post duos annos Aldelmus religiosus episcopus migravit ad Christum. Quod ego per revelationem agnosco, convocatis fratribus et obsecundantibus meis excessum venerandi Patris eis aperui; concito gradu ad locum ubi sacrum corpus ejus jacebat et ferme millibus ultra Meldunense monasterium situm deveni, et ad sepulturam adduxi et honorifice sepelivi; et mandavi, ut in quoconque loco sacrum corpus in asportatione pauperaverat, sacra Deo erigerentur signacula. » Manent omnes crucis, nec ulla earum vetustatis sensit injuriam: vocanturque Biscepstune, id est lapides episcopi; quorum unum in claustro monachorum in promptu est videre. Quæ res admonuit, ut quod fama de Biscepstune jactitat, non tacerem. Villa est in valle, ad quam prædicationis sollicitudinem expleturus venisse dicitur. Dum sermonem sereret in plebem, forte baculum fraxineum, quo nubebatur, terræ fixisse. Illum interim per Dei virtutem miram in magnitudinem excrevisse, succo animalatum, cortice indutum

(63) Obiit, vix iv annis episcopatu functus, anno Dominicæ Incarn. 709 in vigilia sanc. Augustini

A foliorum pubem et frondium decorum emisso. Pontifex, qui verbo intenderet, clamore populi admonitionem resperisse; adoratoque miraculo Dei, munus ibidem reliquise. Ex primæ arboris palla multas pollulasse fraxinos; adeo ut, sicut dixi, villa illa vulgo ad episcopi arbores nomenpetat. Hæc sane non pro solido asserui; sed ne quid praeterisse arguerer, non omisi. Cætera scriptis reæxclaturis ex antiquo factis approbo; nec quidquam Deo teste adjeci de meo, nisi si aliquod verbum causa politius ornandi lectionis avolavit. Non enim egit Aldelmus, ut mendaciis asseratur: tanta sed de illo, quæ in dubiam depromant fidem: tot sunt quæ non veniant in item. Innumeræ signa, que modo apud ejus sunt memoriam, ostendunt præstibutus præteritæ vitæ sanctimoniam.

Excipiunt interea patronum Meldunenses negoti ploratu, reverenti affectu. Jungebatur amori veneratio, pugnabatque fides cum obsequio. Nescires quid eligeres, aut in parentem effectum, aut in advocatum gaudium. Si lætarentur pro premio ad Deum patrono; sed dolere cogebantur pro amissio vitæ solatio. Inter hos fluctus aliquot extractis diebus, tandem sepeliri permiserunt in Sancti Michaelis ecclesia; ubi sibi vir sanctissimus olim sepulturam providerat. (63) Excessit anno ab Incarnatione Domini 709, ante Inam annis xviii, ante Bedam xxv, postquam abbas a Letherio factus est xxxiv, postquam episcopus a Berthwaldo anno 7. Nam annos ætatis ejus nulla scriptura migit in calendarium; sed est conjectura non fallax grandiorum suis factum, qui paulo minus xxxiv annis in ecclesiastico manens præsidatu, non nisi legitima sæte illo præsertim tempore sumpsisset honorem. Gravis ille annus Britannæ fuit, ut qui multa humina vel extinxit vel abduxit. Eodem enim anno Wilfridus episcopus decessit, de quo superior sermo palam fecit, quod nemo in Anglia eo promptior et justi tenacior fuit. Quin et Kenredns rex Merciorum Ethelredi successor cum Offa Orientalium Anglorum rege Romam profectus stadium vitæ decurrit, quorum societatem adornavit, ut supra dixi, Eginus felix episcopus; qui postquam beato Aldelmo justa persolvit, iter illud arduum ultroneis compediens illaqueatus et adorsus et permensus est. Sed hoc plenius scire volentem alias et nostra et aliorum lectio informabit. Jacuit corpus beati viri in ecclesia supradicta 246 annis; quo toto tempore quæ miracula exhibuerit, quæ nec parva nec pauca suis crediderim; omnia sepelivit, omnia suppresse æmula oblivio. Enimvero monachi se in Sancta Mariæ transtulerunt ecclesiam, ut vicinius ei opportunius necessitates suas sancti ministrarent maximo; quamvis, ut per chartas probavimus, omnibus usque ad Edgarum regem annis Sancto Petro daretur primatus.

Anglorum apostoli, viii Kalend. Junii. GULIELMUS MAMESBUR. lib. i De gestis regum Angl. fol. 7.

PARS IV.

Jam enim quartam pollicitationem meam Domino A Juvante complere ingrediar, ut ostendam quanta volubilitate fortunæ cœnobium Meldunense excreverit; plerumque etiam, nisi sanctus auxilium porrexisset, pessum iverit. Per successionem ergo regum et chartarum appositionem agam propositum. Inæ successit Ethelardus xiv annis; ei Cuthredus pari spatio. Hujus donum ita scriptum habenus: « Ego Cuthredus, rex Geuvisorum, cogente catena charitatis Christi et indivisibilis affectu dilectionis, Aldelmo abbatii familiaque sub illius regimini amore degenti, cum consensu atque scientia eximii presulis Danielis optimatumque meorum et dignitatum ob recordationem scilicet orationum suarum et redemptionem animæ meæ, ut in plenitudine electorum Domini collocatus sim; terræ partem inextricabilem [l. inextricabili] possessione in loco, qui dicitur Wdecim, sub x mansionum æstimatione taxatam sub contestatione sanctæ Trinitatis dapsili quidem liberalitate et hilariter ad Meldunense monasterium largitus sun. » Et post aliqua: « Exemplar hujus largitionis promulgatum est anno ab Incarnatione Christi 745 in prædicto cœnobia sub præsentia Cuthredi regis. » Liquet igitur anno ultimo vitæ regis Cuthredi hoc factum esse, super stite adhuc Daniele episcopo; qui cum beato Aldelmo episcopus factus fuerat; post excessum ejusdem Patris anno xxxvi. Unde constat hunc Aldelmum abbatem, cui Cuthredus rex Wdecim dederat, aliud fuisse quam Magnum Aldelnum. Feretur sane quod secundus Aldelmus prioris nepos fuerit. Cuthredo regi successit Sigebricht anno primo [l. uno]. Sigebrichti successor fuit xxxi annis Kinewlfus. Ille anno tertio regni sui cœnobium insigni munere auxit.

« In Christi nomine. Ego Kineulf rex, cum consensu principum aliquam terræ portionem quasi xxx manentium familie Christi in Maldubiensi monasterio constitutæ pro remedio animæ meæ perpetuitaliter possidendum donavi: hoc est, ubi se duo latices Meardenæ et Rochburnæ jungunt et in circuitu eorum, quemadmodum ipsi incole bene nosse dignoscuntur terminos ac limites locorum illorum; neconon et villan, cui subjacent pascua, prata arida et irrigua, simul et silvestria loca. Et hæc acta sunt ab Incarnatione Christi 758 iudictione xi a transitu domini Aldelmi episcopi nono et quadragesimo. » Subscriptis Kineardus electus in episcopatum Wintoniæ, et Hærewaldus episcopus Scireburniæ. Contra eundem Kinewlfum regem annum jam vicesimum et quartum in regno habentem. Osta rex Merciorum propter villam Benesingtonæ congressus, et ipsam et plurimam partem regionum

West-Saxoniarum victoria functus usurpavit. Denique villas cœnobii et Ettamunster. quam rex Merciorum Etheldretus; et Piritunæ, quam rex West-Saxonum Cedualsa dederat, infestus prædo abstulit. Et primam quidem Wigorniensi episcopo dedit; secundam filius ejus Egferthus reddidit hoc scripto:

In nomine Domini. Ego Egferthe, rex Merciorum, anno primo regni nobis a Deo concessi, rogatus a Brithrico rege occidentalium Saxonum et Ethelardo archiepiscopo, terram xxxvi manentium in loco, qui vocatur Ecprigeam, ab orientali parte silvæ quæ vocatur Braden, reddidi abbatii Cuthberti et fratribus monasterii Maldubiensis pro indulgentia piaculorum meorum et pro requie anime patris mei Offan, quam ille veneno abstulit eis. Et [l. ea] scilicet ratione concedo terram supradictam, ut sacerularibus regum servitii libera sit ad servendum necessitatibus fratrum Deo servientium in prædicto monasterio; ut memoria nostra in illo sancto loco in sanctis orationibus apud eos maneat in perpetuum. Sed et abbas et fratres ejusdem monasterii in comparatione terræ illius dederunt mihi duo millia solidorum argenti puri. Et hoc feci cum consilio episcoporum ac principum meorum, quorum nomina subter ascripta sunt. Et hoc actum est anno ab Incarnatione Christi 796 inductione iv. A transitu Patris Aldelmi anno octogesimo septimo. Augentom hauc meam eleemosynam Dominus conservet et benedicat. Minuentis vero ac frangentis nomen, quod non optamus, eradicabitur de terra viventium, et a societate sanctorum privabitur, nisi digne emendaverit. » Subscriptis Ethelardus archiepiscopus, qui ex abba prius Meldunensi et episcopo postea Wintoniensi supremum honorem nactus, Cutbertum hunc constituit Melduni abbatem. Subscriptis Beorthricus rex West-Saxonum xvi annis post Kinewlfum. Subscripterunt Cineberth Winton, Benefrithe Sciroburn., Hedred Wigorniensis, Edulfe electus ad Hereford.

Successit Brithrico Egbirthus annis xxxviii qui omnia regna Anglorum West-Saxonico usque hodie curvavit imperio. Huic Ethelulfum filius annis xviii quem quidem Athulfum vocant. Vir qui libertate collata ecclesiis omnes antecessores, quiq[ue] postremo seipsum nova liberalitate vicerit. fecit et scrinium quo sancti confessoris ossa locaret, in anteriori parte ex solido argento jactis imaginibus. In posteriori vero levato metallo miracula figuravit, quæ jam sermo deprompsit: unde putatum est hunc fuisse librum vitæ in quo ista legerit; sed postea tempore Danorum amissum. Facti-

gium crystallinum rex Ethelwulfus apposuit scrinio; In quo nomen ejus litteris aureis est legere. Sunt qui dicant venerandas reliquias per eum levatas; sed, nos cum ad locum venerimus, magis tritam opinionem persequemur. Nunc ponamus regis dona, quae monasterio contulit.

¶ Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, summo et inessabili rerum omnium Creatore; ego Edelwulfus gratia Dei Occidentalium Saxonum rex, in sancta ac celeberrima Paschali solemnitate pro remedio animæ meæ ei regni et populi prosperitate mihi a Deo commissi consilium salubre cum episcopis et comitibus cunctisque optimatibus meis præfeci [i. perfeci]; ut decimam partem terrarum per regnum meum non solum sanctis ecclesiis darem, verum etiam et ministris meis in perpetuum libertatem habere concederem: ita ut talis donatio fixa incommutabilisque permaneat ab omni regali servitio et omnium secularium absoluta servitute. Placuit autem Albstano Scireburnensis Ecclesie episcopo et Suintino Wintoniensis Ecclesie episcopo, ut omni Sabbato tota congregatio quinquaginta psalmos, et unusquisque presbyter duas missas omni hebdomada cantet pro rege Edelwulfo et ducibus in hoc consentientibus, etc. Scripta est autem hæc chartula anno Dominiæ Incarnationis 854, inductione u die Paschæ, in palatio nostro quod dicitur Wiltun. Terra autem ista, quam in libertate ponimus, ad ecclesiam pertinens Meldubesburge, hæc est: Piretune xxxv, C Lacot xv, Suttune v, Corsaburn v, Cridanville x, Cemele x, Dantesie xi. » Feceral autem solis ecclesiis chartam libertatis, quam hic prætermisi, quia in Gestis regum posui.

Anno primo regni sui, Incarnationis 844, a transitu beati Aldelimi 135, ubi has terras ad Maldumesburge pertinentes nominaverat, Ellendune xxx hi das, Elhamstede xv, Undecune x, Cerlatune xx, Toccanham v, Minti v, Reodbirnam x. ¶ Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, ego Ethelwulf rex partem terre Gewisorum, hoc est v mansiones, donavi Deo et Sancto Petro et familiae Malibuciensi in loco qui dicitur Toccanham, eatus ut ipsi jugiter orent pro nobis Deum omnipotentem; quatenus prospera nobis tempora largiatur ad conservandam fidem nostram, et regni nostri gubernacula per omnia tempora gentis Anglorum. Et nemo audeat hoc donum mutare ab ipso monasterio sine ira et vindicta omnipotentis Dei. Et hoc donum actum est anno ab Incarnatione Dominicâ 854; quod et servetur in pace. Subscriperunt Swithinus episcopus et Albstanus. Regnante et gubernante nos in perpetuum Domino Deo Salvatore nostro Iesu Christo, qui cuncta sæcula salvavit, et humanum genus suo sanguine redemit, atque ab æterno interiu diabolice damnationis per fidem rectam et baptismatis sacramentum liberavit; ego Ethelwulf rex meis non meritis, sed Dei gratia lar-

giente, Occidentalium Saxonum; nec non eodem Deo donante Cantuariorum populo et omni Australi Anglorum genii Dei accidente gratia regimine praedita, aliquantulum terram, id est v mansiunculas in loco, qui dicitur Minti, Deo omnipotenti ad monasterium Malibuciense in perpetuam possessionem largitus sum; hoc tenore, ut in perpetuum damnetur, qui hanc terram ab ipsa ecclesia auferre conabitur. Et hoc actum est anno Incarnationis Domini 855. : Subscriperunt Celnodus archiepiscopus Cantuariensis, Albstanus episcopus Scireburnensis, Ebelstane filius ejusdem regis rex Cantuariorum.

Huic tres filii continua sucedentes serie regnaveront annis xv. Quartus quoque Alfredus nomine annis triginta, sex minus mensibus. Hujus tempore B venit Angliam Joannes Scotus, vir perspicacis ingenii et multæ facundiae, qui dedum velut a patri Franciam ad Carolum Calvum transierat. A quo magna dignatione susceptus, familiarum partium habebatur, transigebatque cum eo tam serua quam joca; individuusque comes et mensse et cubiculi erat: multæ facetiae ingenuique leporis; quorum exempla hodieque constant, ut sunt ista: Assederat ad mensam contra regem ad aliam tabulæ partem. Procedentibus poculis consumptisque ferculis, Carolus fronte hilariore post quædam alia cum vidisset Joannem quiddam fecisse quod Gallicanam comitatem offendiceret, urbane increpuit et dixit: « Quid distat inter Sottum et Scottum? » Retulit ille solemne convicium in auctorem, et respondit: « Tabula tantum. » Interrogaverat rex de morum differenti studio: responderat Joannes de loci distante spatio. Nec vero rex commotus est; quod miraculo scientia ipsius captus adversus magistrum nec dicto insurgere vellet; sic enim eum usitate vocabat. Item, cum regi convivanti minister patinam obtulisset, que duos pisces prægrandes adjecto uno minuscule coatineret; dedit ille magistro, ut accumulentibus duobus juxta se clericis departiretur. Erant illi gigante molis, ipse pereculis corporis. Tum qui semper aliquid honesti inveniebat ut latitudinem convivantium excitaret, retentis sibi duobus majoribus, unum minorem duobus distribuit. Arguenti iniuritatem partitionis regi: « Ino, inquit, bene feci et reque. » Nam hic est unus parvus, de se dicens. Et duos grandes pisces tangens, itemque ad eos coaversus: Hic sunt duo magni, clericos innuens; et unus exiguius; pisces nihilominus tangens. Caroli ergo rogatu hierarchiam Dionysii Areopagitæ in Latinum de Greco verbum e verbo transtulit. Quo sit, ut vix intelligatur Latina littera; que volubilitate magis Graeca quam positione construitur nostra. Composuit etiam librum, quem periphisimerinus τετραπτυχος μετασημον id est *De naturæ divisione* titulavit; propter perplexitatem quarumdam quæstiōnū solvendorum bene utilem, si tamen ignoscatur ei in quibusdam quibus a Latinorum tramite deviavit, dum in Græcos acriter oculos intendit. Quare et hereticus putatus est, scripsitque contra eum quida-

Florus; sunt enim revera in libro Periphysion per plurima; quæ nisi diligenter discutiantur, a fide Catholicorum abhorrentia videantur. Hujus opinionis particeps fuisse cognoscitur Nicolaus papa, qui ait in epistola ad Carolum: « Relatum est apostolatu nostro quod opus beati Dionysii Areopagitæ, quod de divinis nominibus vel cœlestibus ordinibus Graecos descriptis eloquio, quidam vir Joannes genere Scotus nuper in Latinum transtulerit: quod juxta modum nobis mitti et nostro iudicio debuit approbari; præsertim cum idem Joannes licet multæ scientie esse prædictetur, olim non sane sapere in quibusdam frequenti rumore dicatur. » Propter hanc ergo infamiam credo tædium eum Franciæ, venitque ad regem Elfredum; cuius munificentia illectus, et magisterio ejus, ut ex scriptis regis intellexi, sublimis, Melduni resedit; ubi post aliquot annos a pueris quos docebat, graphiis per Joannes Parisiensis in historia sua anno 877. « Joannes Scotus inter cætera fecit librum de Eucharistia, qui postea lectus est et condemnatus in synodo Vercellensi a papa Leone celebrata, eodem anno quo Lanfrancus ab errore Berengarii se purgabat; unde, sicut dixit Lanfrancus, ipse in fide desipuit: tandem ibat in Angliam ad regem Elfred et apud monasterium Malmesbriense a pueris graphiis perforatur. » Foratus animam exiit tormento gravi et acerbo; ut dum iniqüitas valida et manus infirma saepè frustraretur et saepè impeteret, amaram mortem obiret. Jacuit aliquandiu in honora sepultura in Beati Laurentii ecclesia, quæ fuerat infandæ cædis conscientia. Sed, ubi divinus favor multis noctibus super eum lucem induxit igneam, admoniti monachi eum in majorem transtulerunt ecclesiam, et ad sinistram altaris ponentes, his martyrium ejus versibus prædicaverunt:

*Conditur hoc tumulo sanctus Sophista Joannes;
Qui ditatus erat jam rivens dogmate miro.
Martyrio tandem Christi condendere regnum
Quo meruit, cuncti regnare per æcula sancti.*

Elfredus rex et filius ejus Edwardus nihil huic contulerunt monasterio, nisi quod commutatio videatur magis quam donum. Scripta tamen hic apponam, quæ sint indicio hanc ecclesiam prius in nomine Sancti Salvatoris et Beati Petri consecratam, sicque operæ pretium audire scripta et percensere veterum. « In nomine Domini, ego Elfredus gratia Dei Anglo-Saxonum rex una cum consensu venerabilis familie Maldubiensis ecclesiæ, concedo meo fidelis nomine Dudi aliquantulum terræ, id est quatuor cassatorum ad eandem ecclesiam pertinuentium in loco qui dicitur Callanthurd. Post trium autem dies hæredum prædicta terra ad ecclesiam Sancti Salvatoris et Sancti Petri in Maidubery absque omni contradictione redcat. Acta autem est hæc conscriptio in loco eodem, qui veteri vocabulo dicitur Maidubery, nostro autem Maldumesburg. » Processu vero temporis sub Edwardo filio Elfredi Ordilafus dux præpotens emptam a Dudi terram cœnobio pro commutatione alterius terræ reddidit,

A idemque qui esset quieti animi et boni, cum mortis viam iniret, jussit ulrasque sine refragatione restitui. Quocirca in eodem loco sepultura nobilitet et memoria perenni munieratus est. Sunt ergo hæc scripta: « Edwardo Anglo-Saxonum glorioissimo rege consentiente, nec non et ejus optimatibus qui ei in præsentia tunc aderant, familia Deo servientium in loco antiquo nuncupato vocabulo Maidubery in ecclesia Sancti Salvatoris, quæ ibidem opere cæmentario pulcherine composita cernitur, venerabili comiti Ordilaf aliquantulum terræ, id est in quinque manentium suæ proprie possessionis in loco, qui dicitur Mebandim, largiens concedit pro commutatione alterius terræ, id est iv manentium in loco, quem ruricole Cellewardae appellant. Finitia B autem diebus quatuor hæredum præfata terra fratribus Ecclesiæ sine omni contradictione reddatur. Ego Ordilaf aliquantulum terræ mei proprii juris quam a Dudi viro venerabili cum licentia Domini mei glorioissimi regis Edwardi cum pecunia comparavi, familiæ Sancti Salvatoris in Maidubery, ubi ruricole Cellanwirdan appellant, pro commutatione alterius terre, quæ Mebandim appellatur, largiens concedo, etc. Acta est hæc conscriptio anno Incarnationis Domini 901, ab excessu sanetissimi concursoris centesimo nonagesimo secundo.

« In nomine Domini. Ego Edwardus, gratia Dei Anglo-Saxonum rex, dedi venerabili familie Maidubiensis Ecclesiæ aliquantulum terræ in loco, qui dicitur Ilaneintun, pro commutatione alterius terræ quantitatis ejusdem, id est x cassatorum in loco, ubi ruricole Frenberg appellant. Sunt autem prædictæ terræ ab omnibus secularibus negotiis liberæ. Ilane autem commutationem deprecantibus fratribus pro eorum commoditate feci; quia terra quam prædictis fratribus dedi, duobus distat tantum milliariis ab eorum monasterio; illa autem, quam accepi, distat a prædicto monasterio ferme xx milliariis. Scripta vero est hæc chartula anno ab Incarnatione Domini 901 anno mei regni primo. » Subscriperunt Ealhswid mater et Elfeld conjux regis.

Edwardo, qui iv et xx annos regnavit, successit filius Ethelstanus annis xvi qui beatissimo Aldelmo cognato suo, ut dicebat, et ut res erat, ita famulabatur, ut ei animam corporisque devoveret. Sed et ipse sanctus sensim extunc in clariorem et crebriorem miracolorum processit indolem; quasi admoneret, quod degenerem in terra sepulturam dederetur. Nec destitit, antequam post paucos annos efficeret et locaretur in scrinio. Interea Ethelstanus Elwinum et Ethelwinum filios patrui sui Ethelwardi, quos præcipuo amore coluerat, in bello contra Anlavum amissos, Meldunum deferri et dextra laevaque altaris in ecclesia Matris Dei sepelire curavit. Causa saepè dicta fuit, quod invocatione nominis Aldelmi cœlesti ense donatus et ab hostibus eruptus sit. Ex quo die monasterio prædia plura, pallia multa, crux auream, phylacteria æque aurea, cum portione ligni Domini, quod ci Hugo rex Francorum miserat,

conuicti. Longum est narrare, quante devotionis in monasteriis sedificandis et reficiendis sunt [et. fuerit]; quantam barbariem paucissimo exercitu profigaverit; quod terminum imperio in Scotia statuerit. Viderer enim indulgenti materiae incumbere, et alius dicta pro eloquii pompa repetere, simulque videtur Ecclesia nostra laudis ostentatio, toties illum laudare qui multis in vita beneficiis, postremo in morte venerandi corporis reliquiis eam honoraverit. Verumtamen hoc ansim dicere, quod licet omnes ante se vel solus superaverit, vel ut minus dicam sequaverit; nihil ad comparationem faciendorum fuit quod fecit; quia ingentes actus festinata dies satis abrupti. Immatura ergo morte et quae animositatem illam si Dominus voluisse, non decreci, mundo in Glocestro [ublatus] Meldunum detectus est, ibique sub altare Sanctae Marie in turri sepultus est. Unde falluntur, qui dicunt quod Elfricus abbas turrim illam fecit; quem post Ethelstanii mortem plus annis xxx constat abbatem factum fuisse.

*Hic facit orbis honor, patrie dolor, orbita recti,
Justitiae fulmen, munditiae specular.
Æthera flatus adit carnis compage soluta;
Urna triumphales excipit exuvias.
Sol illustravit biesenno scorpion ortu;*

Cum regem cauda pertulit [i. perculit] ille sua.

Accumulant merita ejus in cœnobium multorum sanctorum reliquiae, quas invexit; in quibus emendis thesauris patris sui speciose prodigus distraxit, celesti somno admonitus. Itaque ex transmarinis Britannia et Normannia, quippe cum Rollone comite amico obligatus fædere, multas sanctorum in quibus et sancti Paterni Abrincatensis episcopi, reliquias mercatus est. Is Aquitanus genus [i. genere], a juvene monachus, processu ætatis eremita fuerat. Cumque secretioris philosophiae studiis virtutum non exiguum quæstum confidasset, processit in publicum dignus qui animarum rector esset, qui se ipsum regere nosset. Itaque prius in Constantiensi pago abbas, deinde apud Abrincas episcopus, miraculorum non expersus. Sitiens levi allisione baculum ad silicem elicit laticem. Stupendum omnino, ut negante natura sanctitas viri marmoreas venas in aquatiles procederet bullas. Puelte ori, lingue officio destituta oleum infudit, et organum restauravit. Contractio mullebrium digitorum olim volvæ inflixa contactu sancti devoluta est. Puerum in mortem intunescentem, cui virosos molares anguis infixerat, erexit incolumem; cutis lasevia sedata et ad proprium modum edomita. Spiritus nequam præsentientes sancti adventum, familiares clientes reliquerunt, excusata fugæ timiditate, quod pro paterni violentia requirent subsistere. Avicula pastæ frumento, quod benedictione condierat, digredientem per multa millaria remigio alarum secute nunquam ab ejus divelli charitate potuerunt, quo ad vixerunt. Præterea sunt alia, quæ Fortunatus lepido illo eloquii sale nostræ ingessit notitie. Hunc rex Athel-

A stans adjunxit sancto Aldelmo socium; nec unquam scilicet dissimulavit esse sanctum frequentia miraculorum. Ille quod dicam maiores nostri egregie meminerant, et præcipue ferebant. Fur bracteum ari ex scrinio tulerat, egressusque ecclesiam, in qua libuerat Iesus consumpsaserat. Non hoc sanctus, quasi alias patiens, tulit tacitum. Nam, cum realis conscientis impune se putaret reintraturum ecclesiam, hæsit ad ostium invisibilibus horis irretitus. Si conaretur ultra; tum vero ingens vis invisa flammæ miserum adurens miserabilem ejulatum executebat. Si retro tentaret, retrahiebatur obtoris saevis laqueo. Nihil horum astantes videbant, clamorem et nisum latrunculi stupentes. Sed educti eo confiteente et culpam et penam, intercessiones ad sanctum adhibuerunt. Soluto itaque danno, solutos est ille supplicio. In hoc scrinio hec scriptura legitur:

¶ Hoc opus rex Ethelstanus totius Britannie multorumque gentium in circuitu positarum imperator in honorem sancti Paterni fieri jussit: quod has reliquias ex transmarinis partibus meruerit. ¶ Epistolam subficiam :

¶ Summae et individuæ Trinitatis honore omniumque sanctorum præcellentissima intercessione glorioso et munifico regi Adelstano Samsonis summi pontificis ego Radbodus præpositus istius seculi gloriam et æterni beatitudinem. Benignitatis ac sublimitatis vestræ plissimæ et in omnibus hujus temporis regibus terrenis famosa laude percellentissimæ, rex C Adelstane optime, noverit pietas manente adhuc stabilitate nostræ regionis, quod pater vester Edvardus per litteras se commendavit consortio fraternalitatis sancti Samsonis summi confessoris ac Joveniani archiepiscopi senioris ac consobrini mei ac clericorum ejus, unde usque hodie indecessas regi Christo pro ejus anima et pro salute vestra fundimus preces, et die nocturnæ videntes supernos magnam misericordiam apparere vestram, in Psalmis et missis orationibusque nostris, quasi pro voluntus ego et xii canonici mei genibus vestris fuissemus, promittimus Deum clementem orare pro vobis. Et modo reliquias, quas omni terrena substantia vobis scimus esse chariores, transmitto vobis, id est ossa sancti Senatoris, et sancti Paterni, D atque sancti Soubilionis ejusdem sancti Paterni magistri, qui similiter uno die eademque hora cum supradicto Paterno migravit ad Christum. Iste certissime duo sancti cum sancto Paterno dextra levata jacuerunt in sepulcro; atque illorum solemnitates sicut et Paterni ix Kalend. Octobris celebrantur. Igitur, rex gloriose, sanctæ exaltator Ecclesie, gentilitatis humiliator prævae, regni tui speculum, totius bonitatis exemplum, dissipator hostium, pater clericorum, adjutor agentium, amator omnium sanctorum, invocator angelorum: Deprecamur atque humiliiter imploramus qui in exsultatu atque captivitate nostris meritis atque peccatis in Francia commoramus; ut non nostri obliviscatur vestræ felicissimæ largitatis magna misericordia et nunc a modo

que mihi digeminis commendari sine ulla mora potestis impetrare. Hæc epistola inventa est in scrinio apud Neddunense cœnobium; quod idem rex a fundamento fecit, ut ibi reliquias sancti Samsonis posuit.

Sed jam indicia prædiorum, que rex cœnobio contulit, subjicienda video, quæ multis quidem chartis sed unam scripturam præferentibus intexuit hoc modo: « Fortuna fallentis sæculi procax non facieo litorum candore amabilis sed sellita evitandæ corruptionis amaritudine odibilis, ferentes filios in valle lacrymarum carnis rictibus debacchando venenosis dilacerat, quæ quamvis arrido sit infelicitus atrectabilis, Acherontici tamen ad imam Coryti, ni salus alti subveniat boantibus [s. boantibus], impudenter est declivis. Et ideo quia ipsa ruinosa deficiendo carnaliter dilabitur; summopere festinandum est ad amœna indicibilis lætitiae arva; ubi hymnidica angelicæ jubilationis organa, mellifluaque vernantium rosarum odoramina a bonis beatisque auribus inestimabiliter dulcia capiuntur, sineque calce auribus felicium suavia audiuntur. Cuius amore felicitatis illæctus, ego Ethelstanus rex Anglorum per Omnipotentis dexteram totius Britanniæ regno sublimatus, alias terræ particillas venerabili familie Maldubiensi pro animabus patruellum meorum filiorum Ethelredi, Clitonis videlicet, Elswini, et Ethelwini Deo et sancto Petro in perpetuum jus largitus sum sub æstimatione x cassatorum in loco qui dicitur Wdetun, sub æstimatione lx cassatorum in loco qui dicitur Breomet, sub æstimatione v cassatorum in loco qui dicitur Sumersford; item v in loco qui dicitur Nortun; item v in loco qui dicitur Ewlin hoc præcipiens, ut nemo nostrorum successorum hoc nostrum donum, quandiu Christianitas vigeat, vel ex minimo interrumpere tentet. Quod si quis tentaverit, a Deo se damnandum sciat. Sciant autem sapientes nostræ regionis, nos has præfatas terras non injuste rapuisse, rapinamque Deo dedisse; sed sic eas accepi, quemadmodum indicaverunt omnes optimates regni Anglorum, insuper et apostolicus papa Romanæ Ecclesiæ Joannes; Alfredo defuncto, qui nostræ felicitati et vita ænibus exstitit, nequit inimicorum meorum consentiens, quando me voluerunt patre meo defuncto cæcare in Wintonia civitate; si non me Dominus sua pietate eripuisse. Sed denudatis eorum machinamentis, remissus est ad Romanam Ecclesiam, ut ibi se coram Joanne apostolico jure-jurando defenderet, et hoc fecit coram sancti Petri altari, sed facto juramento cecidit coram altari, et manibus famulorum suorum portatus est ad scholam Anglorum, et in tertia nocte finivit vitam. Et nunc apostolicus ad nos remisit, et quid de eo ageretur consuluit. Nos autem optimatum nostrorum rogatu concessimus ut poneretur ad ceteros christianos, quamvis indignus. Et sic indicta est mihi possessio illius omnis in magnis et modicis, etc. Ilujus autem a Deo Dominoque Iesu

A Christo inventæ atque inspiratae voluntatis schedula anno Dominicæ Incarnationis 938, regni vero nulli gratis commissi xi, indictione octava, epacta xiv concurr. Tertio Kalend. Januarii, luna vertenti mensis decima, in civitate celeberrima, que Dornacester appellatur, conscripta est, tota optimatum generalitatè sub alis regiæ dapsilitatis ovanti. Subscriptæ subreguli Eugenius, Howell, Morcant, Indual; archiepiscopi Willermus Dorobernæ, Wulstanus Eboraci; episcopi Burgice Roffensis, Tedred, Londoniensis, Ethelgar Orientalius Anglorum, Alfriche Wintoniensis, Elfredus Scireburnensis, Wulfermus Wellensis, Ethelgar Cridiensis, Oda Wiltensis [i. Wiltunensis], Eadberht Selesiensi, Sephehn Sancti Cuthberti, Tidelm He-resfordensis, Elwine Wigorniensis, Kinsi Lichfeldensis, Winsi Legecestrensis.

B Ethelstano successerunt fratres Edmundus vi, El-dredus vi, Edredus ix annis. Edredo Edwinus iv annis, filius Edmundi, qui sicut alias latius diximus, mere tric culæ unius seductus illecebris, Dunstanum stultitiae suæ scèvissimum correptorem patriæ expulit. Inde semel malo imbutus, omnes ad dolorem Dunstani in tota Anglia monastici ordinis homines prius nudatos facultatum auxilio, post et deportatos exsilio calamitatis indignis affecit. Nam et Meldunense cœnobium cl. ricorum fecit anno 246 post transitum Patris Aldelmi; postquam a Leutherio ibi præpositus est monachis anno 276. Sed tu, Domine Jesu creator et recreator noster, bone artifex, multumque potens formare nostra deformia, per illos homines irregularis et vagos thesaurum tuum tot sæculis abditum in lucem propalasti; sanctissimi Aldhelmi corpus dico, quod illi de terra elevatum in scrinio, quod supradixi, locarunt. Accessit clericorum gloria regalis liberalitas; ut daret sancto prædium vicinitate et amplitudine peropportunitum; quod nominarem, nisi quia notum est, et reges anteriores multas ejus portiones dederint; ne hic solus communem gloriam vel totam vindicet vel partem vellicet. Sed omnis temporum iniquitas inutile decidit, succidente Edgardo fratre omnium antecessorum, nisi Ethelstanus palmam præoccupasset facile. Primo denique ne-srias quem præferas; nisi quod iste tenuerit, ille incepit; ille fortior, iste fortunatior; ille Dei, et suo auxilio natus; iste prudentium virorum consilio credulus. Edgarus igitur abolitis edictis germani, quæ luxus regius et juvenilis impetus [procuderant] quid ecclesie nostræ dederit, quid abstulerit, suo melius sermone reserabit.

C Cum universitatem generalis massæ meta maneat certa: Visibilita que, ut ait Apostolus, sint temporalia, invisibilia vero sunt perpetua (II Cor. iv); restat unumquemque hic peracta illuc recipere merita. Unde ego Edgars totius Albionis basileus necne [i. nec non] maritimorum seu insulanorum regum circumhabitantium, adeo ut nullus progenitorum meorum, subjectione largissima Dei gratia suppetente sublimatus, quid imperii moi-

potissimum Regi regum Domino darem, tanti meior honoris, solertius sepe tractavi. Piæ igitur fantrix devotionis pervigili meæ studiositati subito superna insinuavit pietas queque in regno meo sancta instaurare monasteria; quæ velut muscinis scindulis cariosisque tabulisque ligno tenus visibiliter diruta, sic quod majus est, intus a servitio Dei ferme vacua fuerant neglecta. Idiotis nempe clericis ejectis nullius regularis disciplinae subjectis, plurimi in locis sanctioris seriei scilicet monachici habitus praefeci pastores; ad ruinosa quæque templorum redintegranda opulentos fiscaliū munerum eis exhibens sumptus: quorum unum nomine Elfricum virum moribus ecclesiasticis expertissimum officiis, famosissimi constitui custodem cōnobii, quod Angli bisario vocitant onomate Maledmēburg. Cui pro commoditate animalia meæ, ob Salvatoris nostri ejusque Theodocos Θεοτόκου semper virginis Marie nec non apostolorum Petri et Pauli Aldhelmiique altrai præsulis honorem, particulam terræ x videlicet manentium vocabulo Estotum cum pratis et silvis munifica liberalitate restitui. Hanc terra a prædiciis semel accommodata clericis, diu a plerisque postremo a contentiolo injuste possessa est Athelindo. Sed superstitionis subtilique ejus invective a sapientibus meis auditæ, ac disceptatione illius mendosa ab eisdem me præsente convicta, monasterioli a me redditæ est usui, anno Dominicæ Incarnationis 974, regni vero mei xiv, regiæ consecrationis primo, post transitum pretiosi confessoris Adelmi. Hanc vero restitutionis schedulam predicti abbatis rogatu ob futuræ posteritatis memoriam tenacem caraxare præcepit; ne quandiu Christiana filies viget in nostrisibus, ab aliquo tyrranici potentatus præfatum rus ab illo sancto loco violenter, quod absit! alienetur.

Ea subscriptio archiepiscoporum Dunstani Cantuariensis et Oswaldi Eboracensis, et episcoporum Athelwaldi Wintoniensis, trium Elstanorum Londoniensis, Roffensis, Willamensis, etc.

Hic est Elfricus, qui omnem curam ad beatam transferens Mariam, possessionem et nomen monasterii ejus delegavit ditioni; ut tacito interim beatissimi Petri nomine, ipsa sola loco videatur imperare. Nec fastidivit gloria domina illustris et prædicandi viri munus; quinimo usque hodie præsidet ecclesia, sanctissimi Adelmi communionem in potestate amplectens. Eum peritum litterarum præsertimque elegantissimum interpretem, nisi fallax tradit vetustas ædificandi guarum; qui omnes monachorum officinas eo tempore præstantissimas, nec adhuc adeo despicibiles, fundavit et consummavit. Hujus intermisso nomine facit mentionem Abbo Floriacensis in prefatione passionis sancti Edmundi ad Dunstanum beatum archiepiscopum his verbis:

c. Passionem sancti Edmundi a nemine scriptam pluribus ignotam tua sanctitas ex antiquitatis memoria collectam historialiter me presente retulit domino episcopo Roffensi Ecclesia et abbate mona-

A storii quod dicitur Malmesbury, ac aliis circumstantibus, sicut tuus est mos, fratribus.

Elfricus sane cum jam grandævus esset, in episcopum Cridiensem altatus, vix iv annis superfuit. Reliquit aliquantos codices, non exigua ingeni monumenta; Vitam sancti Adelwaldi, antequam eam Wolstanus operiosus concinnaret; abbreviationem passionis sancti Edmundi; libros multos ex Latino in patrium sermonem versos.

Tempore ergo Edgari regis Dunstanus sanctissimus archiepiscopus nostri cœnobii restorationi et decori egregiam curam admovit, invitatus in amorem sancti Aldeimi et generis West-Saxonum affinitate: nam de hac provincia oriundus fuerat, et miraculis subinde crebrescentibus [ut] qui graderet sanctum suæ regionis suis potissimum temporibus in speculam elatum. Ideo in multis loco munificas, quæ tunc in Anglia magni miraculi essent, decusque et ingenium conferentis ostenderent offere crebro. Inter quæ signa sono et mole præstantia; et organa, ubi per æreas fistulas musicis mensuris elaboratas dum conceptas follis vomit anxiæ auras. Ibi hoc distichon laminis ærcis impressæ :

*Organa de sancto præsul Dunstanus Adelmo
Perdit hic æternum qui ruli hinc tollere regum.*

Poterunt et hi versus sermonis veritati suffragari, quos conspicati sumus impressos vasculo, quod ministris altaris famulabatur aquæ obsequio.

*Idriolam hanc fundi Dunstan mandaverat archi-
Præsul, ut in templo sancto serviret Adelmo.*

In quibus licentia poetica subtracta e nomine sancti priori L littera, ut versus stare, ingemaverat. In neutro enim insculptum erat Aldhelmo, sed Adelmo. Interea post obitum suum futuræ suæ in Anglia calamitatis et Danicæ depopulationis spiritu propheticæ præsagius, utpote qui eas non ænigmatio fumo, sed aperto eloquio ipsi etiam regi præannuntiavit; sanctissimi confessoris ossibus metuebat. Jamque animo volutans Danorum avaram saevitiam et saevam avaritiam, mente imaginabatur monasterium cupiditate pecuniarum prædictum iri. Tum ne aliquis splendore metalli raptatus scrinium abriperet, avide que pretiosas crustas sinibus ingerens, lignum redatum cum ossibus aliquorum projiceret; id vero maximo horro et timori erat. Quocirca diu multumque perpenso consilio, reverentissimas reliquias erectas scrinio lapideo composuit tumulo excisio in editum ad dexteram altaris, loco cunctis in ecclesia intuentibus conspicuo. Apposuit justa ossa primum nitenti et delicata sindone, deinde pretiosissimo cocco circumiecta phialam purissimo vitream balsamo plenam: congrua profecto pontifici aromata, qui semper in cœlum thurificasset virtutum et orationum holocausta: simulque partem asserum et antiquissimo sarcophago, quo tota in mortalem conditionem defluxerat caro. Nec abstinuit versibus, quibus forensem sepulcri ambitum decoravit: quorum haec erat summa. Ut amatorem suum delictorum dignaretur venia, nec accerseret in calpam,

quod eum editiori loco deposuisset : scire sanctum id se fecisse pro cautela , non pro contumelia. Nec eventus rerum fefeller prophetam ; nec cecidit de verbis ejus quidquam in terram : quod breviter intimabo , si successionem regum , quam intermiseram , continuavero.

Edgaro post xvi annos regni successit Edwardus filius tribus annis et diuinio. Illi Egelredus frater substitutus xxxvii annis miserabile regnum obsedit, suhruist, pessumdedit. Cujus gesta his inserere ex abundanti opinor ; praesertim cum alias miseriarum ejus labyrinthos evolverim. Illud non tacebo, quod Edgaro mortuo, qui se pluribus quam ullum primogenitorum suorum dominari jactaverat, non quod latius, sed quod securius imperitaret ; res in contrarium cessit; suprema felicitas regni in præcipiti stetit. Summis enim , ut quidam ait, rebus diu stare negatum. Danorum ergo gens assueta vivere rapto , totis littoribus in Anglia essetruit. Jamque, ut compendio dicam, omni ora maritima depopulata, medulla Mediterranei soli depascebatur ; eo in indigenas insolentior, quo a scientia viri [i. vivi, vel veri] Dei remotior. Pars cum duce prælato Meldu-
num venerat. Ibi eo se terrore, quo consueverat, acturam existimans , ecclesiam furibunda irrupti. Circumductis utrinque oculis, nihil quod avidæ rapiitati satisfaceret, præter scrinium sancti conspi-
cantur. Cætera meticulosa monachorum provisio curioso furori submoverat. Illud solum fortunæ vel, ut verius dicam, tutelæ sancti exposuerant ; tutare-
tur, si vellet; sin minus, ludibrio se haberi permit-
teret. Ht illi vasto ore inhiantes limphatis gressibus involant; quorum unus, quem improba fames ar-
genti audaciorem fecisset, arrepto culello pretiosos lapides cassibus expedire nitebatur. Jamque manum admoverat, cum grassantem luem avaritiae sancti virtus festinata compescuit. Luit ergo ausum teme-
rarium mente amissa, retro in pavimentum illitus; tanquam si penetrabile telum cordi suspiraret ad-
actum. Pœna unius reduxit ad sanitatem cæteros; ne furerent, ne streperent; ut loca sancta intami-
nata relinquenter, ut fugerent. Accelerant igitur fugam per plana , per invia ; gaudentes vel sola corpora eripuisse discrimini. Multorum enim mil-
lia rum cursu non intermisso, aliquid humano timore majus se pertulisse prodiderunt; dum nullus a tergo urgeret, nullus a fronte obsisteret. Iujusmodi fana multitudinem hostium pervagata, segniorem ad prædam, et timidiorem ad reverentiam sanctorum effecit; unde contigit, ut omnibus in circuitu monasteriis depopulatis vel expilatis, istud solum nunquam adeo gravem deploraret ærumnam.

Iste rex villam x mauentium cœnobio Sancti Al-

(64) Error in numeris latet. Quæ superius enim ponitur Edgari regis, qui Ethelredum præcessit, charta, data est anno 974, et Ethelredus regnum ante annum 978 non adiit. Legendum itaque arbitror, anno 982. Scripta est hæc charta, post transi-
tum ejusdem Patris cclxxiii. Sub initium autem

A delmi cretaliit sub abbate Adelwalle, qui filio successerat. Stimulabant eum abhuc in regno te-
nendum heroes illustrissimi, qui erant superstites ; post quorum decessum et in vita luxum et in regni detrimentum totus emarcuit. Copia enim rerum, quas reliquit pater, incitavit in lascivium; offensa Dei meruit iracundiam; Dei iracundia gentem ad-
duxit in exterminium. Est autem scriptura hujus-
modi : « Universis cerebro studium sophise intente
rimantibus liquido patescit quod præsentis vita
terminus variante diverse calamitatis ærumna in-
stare jamque ingruere nimio terrore dignoscitur.
Ego igitur Edelred Christi gratia opitulante totius Albionis basileus, optimatum meorum monitu in-
structus, aeterna caducis mercari cupiens, quamdam B
ruris partem, x videlicet mauentium, loco celebri qui ab hujus patris peritis noto Redburne nuncupatur onomate, Domino nostro Jesu Christo ejusque genitrici semper virginis Marie in veneratione beati præsulis Aldelmi, qui locum ipsum usitato vocabulo nominatum Maldesmeburg fecit, ad usus monacho-
rum sub Ethelwerdi abbatis regimine inibi degen-
tium aeterna largitus sun haereditate, etc. (64) Anno Dominicæ Incarnationis 962 scripta est hæc charta post transitum ejusdem Patris cclxxiii. Subscripte-
runt illi qui in superiori charta, et cum iis Elfricus
jam episcopus, sed et Escuinus Dorcestrensis epi-
scopus.

Egelredo post xxxvii annos regni defuncto suc-
cessit Cnuto annis xx ; Cnutoni Haroldus filius an-
nis iv. Ei Ardecnut anno uno. Illi Edwardus xxiv annis. In his octoginta sex annis fuerunt post Ethel-
werdum, Kineward, Brictwoldus, Edericus, Wul-
sinus. Brichetwoldus, ut ex scriptis Anglicis ani-
madvertimus, multa incoimoda cœnobio intulit,
terras vel omnino distrahendo, vel parvo prelio
invadendo. Sed enim excusatur , quod magno illo
geldo, qui tunc Danis dabatur, oppressus, unicum
inveniebat malorum remedium ; quod futurorum
incautus non videbat obesse posse in posterum.
Wulsinus religionem monachorum propter adven-
tum Danorum multum debilitatem erexit in vi-
gorum priscum. Non desuerunt nostro tempore mo-
nachi, qui cum in carne conspicati memoriam viri D
ruminare et aliis proferre dulce habebant; ex quo-
rum narratione pendulus multa ejus insignia animo
indidi ; sed dicere refugio, quia minus suscepto
concurrent operi. Ei Egelwardus x annis successit ;
mox Elwinus anno et semis. Brictwoldus huic
annis vii. Eun inertem ad bonum, alacrem ad ma-
lum, miserabilem mortem obiisse tradit vetustas in
villa inter medios potionum apparatus extinctum,
in ecclesia Beati Andreæ, quæ magna adhærebant

regni Ethelredi regis datam fuisse chartam istam
necessere est, eo quod Elfricum episcopum habeat
testem; qui, ut supra dictum est, ante regnum ab
Ethelredo susceptum ad episcopatum evectus, vix
quatuor annis superfluit.

ecclesie, inter praedecessores sepultum. Satisque A constat custodes loci umbris phantasticis inquietatoe; donec cadaver sussossum longe a monasterio paludi profunde immerserint: unde aliquoties teter odor ennergens ssevam vicinis exhalat inephitim. Sed haec que injucunda sunt, relinquentes, ad miracula, que hoc temporum discursu apud beati confessoris tumulum Divinitas ostendit, accingainur.

Dani cum in Angliam venire obfirmassent propo-
suum, ad societatem victoriae Norreganos ascivere.
Utrorumque immanis barbaries, sed Norreganorum
enviditas rapacior, libido infester. Ilorum cuncti,
dum depopulatur omnia, puer quaedam, Elfsidis
nomine, cessit in partem praedae, honesto apud
Anglos loco nata, ingenui corporis et vultus. Haec
illecebrarum fomenta barbaro fuere, ut legitimo B
connubio repudium daret, in captivae suae nuptias
intendens nervos, cuius integratatem tutari et ca-
ptivitatis miserere deberet, nisi barbarus esset.
Quare primo consumptis blanditiis, renitontis et
ructum deprecantis pudorem prædo nocturnus in-
vasit et rapuit. Verumtamen non diu supersuit, nec
spe conceptæ plebis nec longa vita post injuriam
femina factam latetatus. Eo ergo defuncto, rumor
speciosæ Elfsidis aures regis terræ impulit. Ille mox
pro more gentis in feminæ cupiditatem potienda
adhinnivit. Fit ergo ex rege amator, ex potente
cliens. Adorat per internuntios majestatem captivæ,
ut se amicum dignetur: pollicetur montes auri,
amorem perpetuam; postremo quæcumque possint
vel mulierem decipere, vel captivam illicere. Omnia
clam uxore; quam, ne intenderet, verebatur quam
maxime. Respondit Elfsidis contraria, se aliis amo-
ribus intentam Deo deserire proposuisse; tulisse
illum suos secum amores, qui et unius primis
libus et moriens conseperisset. Hoc auditio, rex
dolens se mulierculæ suis despectui, vi negantem
agreditur, et quadam nocte in nihil tale metuentis
amplexus subit violentus. Ex una conjugatione con-
cipitur fetus, et editur masculus contra utrorumque
volum. Nam et rex, pericitari famam suam metuens,
vellet quidem exercere placitum, sed nollet habere
fructum. Et Elfsidis Deum primo pro incesto viri
conjugatu metuens, zelotypiam reginæ secundo cave-
bat. Verumtamen proles, ut dixi, edita, utrumque
blandiebatur oculis, ut eos sibi conciliaret; virum,
ne mulierem ex se matrem abjiceret, presertim
corpore pulchram, genere ingenuam, conditione ca-
ptivam, se solo cum quo rem haberet continenter
sobriam; mulierem, ut et facti consuetudine et filii
dalcedone virum in amore reciperet. Peccatum ergo,
quod aspernante inierat, libenter sovebat, voluptate
adducta. Et ut regni [f. reginæ] notitiam falleret,
apud quemdam episcopum terræ latibulum habebat,
indeque cum libebat in usus noctis abducebatur.
Sed haec illecebrarum gaudia proximus regis obitus
abrupti, remansaque illa in medio cum pupillo filio.
Quapropter non nesciens quantum mulierum ira in
pellices audeat, in longissimas Norwegiæ provincias

A fugie induxit, agente fidliter et necessaria mini-
strante pontifice, cui soli tutelam orphani supremis
verbis rex obiens commiserat. Unde factum est, et
cum nullibet fastum imperitantis optimates de-
tractarent, ille rem omnem, ut erat, non taceret.
Ita decreto communis parvulus ad umbram in fasti-
gio regni locatus, tutoribus omnia negotia pro-
bitrio disponentibus. Exacto autem non plus anno
et dimidio puerulus ille vocabulo **Magnus acerbi-**
morte vitæ subtractus colus Parcarum evolvit. Di-
citur quod insidiis procerum, sed ego inassentior,
ut ulli innocentia vim mortis conciscerent, quem
regem creaverant. Tunc ergo, ne longam texam
fabulam, Elfsidis omni viduata consilio in patriam
recepti cecinit. Et, ut tam periculosem navigiam
Deus secundaret, vovit, si Angliani incolumis adna-
vigaret, nunquam se terrestris animalis carnes
comessuram, nunquam nisi diebus festis uictiores
escas sumpturam. Pro Dei ntu felicem sortita
eventum, industrie confinebat votum: ex pecunia,
quam mariti et filii liberalitate meruerat, tres villas
mercata; quarum redditu suam suorumque vitam
toleraret. Post aliquot annos lautiore convivio in
hilaritate profusa, convivas ad lætitiam hortabat-
tur. Illique vicissim, ut quantulamque carnem
sumeret, rogantes, diu cassos expendere sermocas.
Verumtamen presbyterorum, qui adessent, rogata
pressa, promittentium orationes et missas, dicen-
tiumque magnarum etiam deliciarum culpam misera-
rum celebrationem posse deleri; summis illa digitis
C nescio quid carnium attingens ori suo sensa recon-
sante apposuit, statimque divinæ severitatis clementis
animadversio secura, illam valetudine quam Græce
paralysin, id est resolutionem membrorum dicunt,
masticantem perculit tam valide, ut nullum mem-
brum officium suum facere posset. Sola lingua inter
fauces palpatabat; quæ delictum diceret, veniam
oraret. Preclare innocens prolapsio temporali casti-
gata est verbere. Ceterum, si pœnalem commisisset
culpam, non habuisset veniale vindictam. Triennio
integro tali decocta incommodo in lectica sanctorum
circuibat loca, pulsabat suffragia quos celebriores
miraeolorum fecerat fama. Cessit omnis superior
charitas deditque locum beatissimi Aldelmi gloriæ,
ut tam illustri persona curata excellentius volaret
per horum ora. Venit ergo post triennium ad Natale
sancti, quod octavo Kalendas Junias magna provin-
cialium frequentia colitur. Nec morata virtus berilis
in ipsa solemnitatis vigilia orantem ad sepulcrum
attigit. Reviruit sanctas, artuum laxa compago in-
deruit; incolumis paralytica surrexit: stupentibus
et laudantibus notis, strepentibus et rem perca-
stantibus monachis, letantibus cunctis. Elfsidis cu-
ratori suo non ingrata, animam suam loco contulit,
sanctimoniale professa. Vivens propter Ecclesiam
mansitavit, defuncta famosam sepulturam in clauso
acepit. Hoc miraculum pro claritate, ut dixi, per-
sonæ et temporum vicinitate ad nos per successiones
transmissum, sicutem facit multa fuisse, quæ obseu-

ravit annorum incuria [*f. injuria*], quæ occuluerit scriptorum incuria.

Eodem tempore venit ad locum quidam monachus Græcus nomine Constantinus, cæterum unde eriundus incertum, necessitas an voluntas domo patriaque eliminaverit. Hic primus auctor vineæ fuit; quæ in colle monasterio ad aquilonem vicinæ sita plures duravit annos. Staturæ fuit habilis, moribus dulcis, colloquio affabilis, cibi sobrius, potus parcet pene nullius; festorum dierum in orationibus consumebat ferias, cæterorum in vineæ opere totas consummabat horas. Jam vero moriens voce præclusa cum paucissimis animæ reliquiis efflatus æstimaretur, resumpsit, et lento conamine surrexit, tentataque pera, quæ semper adhærebat lateri, protulit ex ea pallium, quod est insigne archiepiscoporum; quod sibi quantum jacens poterat, more quo sciebat coaptavit, continuoque violentia mortis recidens supremum effavit et defecit. Quo animadversum est archiepiscopum suis; sed adhuc cognitio vacillat qua causa patriæ olim valefecerit. Nobis ambigua in bonum torquere licet; quod amor religionis pontificem peregrinari compulerit. Tunc igitur inter sepultra abbatum in ecclesia Sancti Andreæ, quæ tunc erat, reverenter humatus est. Successu vero annorum cum necessitas novorum ædificiorum ipsum et cæteros antiquis deturbasset sedibus, ossa reperta candoris insoliti et odoris gratissimi dederunt indicium plebeiae sanctitatis non suisse Constantiū.

Ruricola quidam in vicinia Melduni, notus monachis et urbi, pessimo afflictus dæmonie torquebatur. In continuo astantes, quos contingere nequiret, dentibus frendere; propiores calce seu pugno impellere. In eminus positos spumas jacere; quidquid ad manum venisset, vice tormenti rotare. Furor arma suggerebat; ut nemo impune accederet, qui non Iesus abiret. Insana præterea loquens, in ipsa sidera jaculabatur convitia. Ex uno ore diversæ et confusæ voces audiebantur; ut modo ex latratu canem, ex mugitu bovem, nunc ex stridore bubonem opinareris. Cibos nec humanos nec coctione conditos voragini ventris immergens. Sic dementia molares exacerbat, ut quodlibet osseum, ligneum, feruum facili, ut putabatur, negotio demoleret. Tum illam edacitatem et crudam indigerem uno dissolvens rictu, quidquid consunpserat, levi sumo ejiciebat. Hujuscemodi hominis calamitate vicini commoti, consilium cœperunt ducendi eum per loca sanctorum. Id quo minus fieret, obsistebat insania; opusque erat ut vinciretur. Res ergo erat in ancipiti; quia nec præ ferocia vinciri poterat, nullusque licet experti roboris vincula innectere tentaret, quin solo ejus nisu excerebraretur. Quocirca necessitas invenit remedium; ut porrectis funibus, quo eum eundi tulisset impetus, pedes impedirent; quia irretitus astutia succubuit ingenio, qui præstaret robore. Ne sic tamen quamvis illaqueatus corpore coerceri neque in mente spiritus potuit; quoad illi

A necessariis paratis ad sanctos patientem promovere cœperunt. Obtulit se Meldunum enītibus in ipsa sacrosancta Ascensionis Domini et Salvatoris nostri vigilia. Ibi auditio et credito, quod sanctus Aldelimus olim in talibus morbis curandis promptus esset, substitere. Aditis monachis viam et viæ causam exposuere; pollicentur illi sancti suffragium, largiuntur consilium; diem imminere, qua Dominica caro triumphali gaudio invecta sit cœlo; datam spem membris omnibus, ut sequantur caput, quorum scilicet opera a fide non degeneraverint: Aldelum præcipuum Dei membrum capitis sui præsentiam operum merito proscilio assecutum. Quocirca illi nihil impetratu difficile; probatum id experimentis pluribus; effundant ergo supplices ad misericordem sanctum preces; quia procul dubio præstos sit ille omnibus integra fide deprecantibus. Hoc animati oraculo advenit, quantum valebant homines id generis et scientiæ, hortatibus non desuere. Nec suis agrestium iñfructuosas preces sanitas ægroti evestigio consecuta ostendit. Namque ante altare depositus, mox inconditam vultus et oculorum ferociam amisit: turbulentia illa colla in levem soporem depositus. Sic a servitute diaboli emancipatus, et animi libertati redditus, cum ex lenitate verborum sanum sapere comprobaretur, assistendum corda in Dei et sancti laudem extulit, ora resolvit.

Ejusdem conditionis hominem nervi poplitum contracti in hanc miseriam redegerant, ut omnis ambulationis usus solis niteretur genibus. His squalentem pulvere semitas verrebat, si quando usquam commeabat: his lutosum solum evadebat. Et quia crura natibus adhærebant; exhibebat potius quadrupedem quam hominem: videbaturque informe prodigium, et ut ita dicam, carnis offa, quam immaturo fetu projecisset natura. Vix unquam se subrigeret cœlo; ita semper inferiora despiciens damnatus erat solo. Luctabatur ergo cum omnia [*f. anima*]; nec aliud ei erat vicere quam diurnitas miseriae. Volvebat tamen sedulo; a quo sanctorum opem imploraret; alias illum, alias istum potenter, quosdam in effugandis dæmonibus valere, quosdam in moribus [*f. morbis*] curandis accurrere: Christum auctorem omnium in omnibus præcellere. Id enim tum præcipue rumor cerebat, et res erat; apud quemdam locum, qui solitario vocabulo Christicerce, id est Christi Ecclesia vocatur, magnas virtutes fieri. Nil adeo molestum hominibus, quod non ibi depelleret Christus. Illuc igitur contractus conducto vehiculo [iter] tunc meditabatur. Itineranti pervium Meldunum exhibuit hospitium. Et forte tum accidit, ut quartus in festo dies esset, cum recens adhuc de virtutibus sancti fama serveret. Nam illa festivitate solito plures eo coacervata miseros necessitas, et sanatos emiserat beatissimi Patris pietas. His debilis acceptis in Ecclesiam interim secessit; mane futuro, si volum non success-

sisset, viam repetiturus. Erat tunc Sabbathum et diluculum expectabatur Dominicum. Miraque omnino sancti virtus: mox ut ecclesiae tectum subiuit, debilitate membrorum aliquatenus discussa sensit nescio quid medelae per omnes artus concurriose. Hoc ille confidentior et ad reliquum alacrior, nocturna ibidem protelavit insomnia. Jamque dies aderat, misero plus quam sperare posset auctura subsidiū. Monachis pro more per claustrum procedentibus, ille vacuum chorū eminus intuitus, suffragio scabellorum suffragines movens eo irrepavit. Ita coram altari teta corporis strage volutus, quasi extasim passus, oculis dormitantibus conquievit. Sed tumultu et canto redeuntium monachorum somno excussus, in alacrem saltum convuluit; intuebaturque se intuentes, mirabaturque et ipse de tam inopinata salute. Narrabat ingenua fronte, quare venit; sed ignorabat quomodo tam celeriter erectus fuerit. Credita res est, Deoque laudes retributa; hospite præsertim exaggerante miraculū, qui eum pridie suscepisset contractum, et nunc videret eretum.

Mud fuit tempus, quo beatissimi Audoeni Rothmagensis archiepiscopi reliquiae in coenobium nostrum evectæ sunt. Causa evectionis hec fuit: Emma regina defuncto Egelredo rege Normanniam ad fratrem transierat; nihil sibi apud Danos, qui Angliam occupaverunt, tutum opinata. Diutine ergo in Rothmago mansitans, cum alios monachos Sancti Audoeni tunc secretarium loci muneribus illexerat in amicitiam; ad hoc intendens præcipue, ut beati præsulis sibi venditaret corpus. Sic enim Christianitas viluit, sic cupiditas increvit; ut sanctorum corpora mercem faciamus, felices exuvias venuim proponentes. Exhorruit primo monachus immane facinus; postmodum vero adductus necessitate nepotis sui, qui in Francia captus redemptionem desiderabat, mercimonium quod petebatur exposuit. Opima præda potita mulier, cum sereniore tempore accidente rediisset Angliam, corpus reliquum Cantuarie contulit, caput in secreto suo habuit. Ac vero post multos annos cum filius ejus Edwardus regnum suscepisset, memoria præteriorum rerum cor regium in matrem excitavit. Nam quia parum in prolein liberalis fuerat, cum ipse juvenes actitaret annos, jussit quinem maternam supellectilem ad minimum expilari. Factumque est; et quidam aurifaber, qui ei a secretis suis, scrinium sancti cum capite subripuit; ceteris interim ad thesauros inhiabitibus. Is [cum] fratre monacho, quem apud Melldunum habebat, depositus; nulli aptius quam monacho saora deleganda ratus. Nec multo post fato satisfaciens, pereunem sui memoriam loco reliquit; quem tantis gazis insiguit. Haec non ambiguis auctoribus sparsa acceperim; sed eis, qui viderint, setate, fide, scientia plurimum præstantibus. Jam vero quod de miraculis Audoeni scribere nostri non intersit officii; judicabit qui grandes libros de gestis ejus majorum cura editos meritoque suo no-

A tissimos legerit. Rependit sanatus sanatori gratiam, tota in posterum vita in ejus juratus militiam.

Interea Brithwoldo abbe, ut prædiximus, defuncto, Hermannus episcopus vacantem abbiam sede sua implere cogitavit; sed prævenerunt consilium ejus monachi fautoribus Gottwino et Haroldo comitibus. Quorum qui princeps Brithricus ex præposito factus abbas septem annis gloriose ex nobio præfuit. Sed ex comite Normannie Willenus factus rex Angliæ Tuoldum quendam Fiscamensem monachum, qui eum magnis demeruerat obsequiis, viventi Brithrico intrusit. Verumtamen postmodum rem perperam factam intelligens; dolensque se ambitione festinantis circumventum, dono abbatis de Burhliu exsulantis damnum consolatus est. Idem Tuoldus dum tyrannidem in subjectos ageret; ad Burh a rege translatus est abbatiā opulentiam, sed quæ tunc a latrunculis duce quodam Hærwaldio infestaretur, quia inter paludes sita era. Per splendorem, inquit, Dei, quia magis se agit militem quam abbatem, inveniam ei compaream, qui assulitus ejus accipiat. Ibi virtutem suam et militiam experiat. Ibi prælia proludat. »

Huic substitutus est Warinus de Lyra monachus, vir efficax, in hoc maxime quo'l monachus regula insueverit: ceterum alias Ecclesiae non nullum utilis; qui majoris spe honoris præceps raplaretur. Quapropter idoneus monachorum marsupia evacuare, undecunque nummos rapere; sed non ita cupide parta abscondere, quinimo et citra et ultra mare res Ecclesiae dilapidare; ut majorem locaret apud potentes gratiam, et apud eos qui eum olim pauperem vidissent, compararet jacantiam. Is eum primum ad abbatiā venit, antecessorum facta parvipendens, typho quodam et nauca sanctorum corporum serebatur. Ossa denique sancte memorie Meildulfi et ceterorum, qui olim abbates ibi, posteaque in pluribus locis antisites, ob reverentiam patroni sui Aldelmi se in loco tumulatum iri jussissent, quos antiquitas veneranda in duobus lapideis crateris ex utraque parte altaris dispositis inter cujusque ossa lignis intervallis reverenter statuerat: haec, inquam, omnia pariter conglobata vel ut acervum ruderum, vel ut reliquias vilium mancipiorum, ecclesie foribus alienavit. Et ne quid impudentiae decesset, etiam sanctum Joannem Scotum, quem pene pari quo sanctum Aldelimum veneratione monachi colebant, extulit. Hos igitur omnes in extremo angulo basilice Sancti Michaelis, quam ipse dilatari et exaltari jusserrat, inconsiderate occuli lapidibusque præcludi præcepit. Contumeliam facti gravavit jocularis dictum convitii. « Qui modo, inquit, melius potest, auxilietur aliis. » O tempora, o mores! Quis digno impropto tantam prosequatur audacia! quanta hominis impudenter! Quod beatissimes Dunstanus et ceteri sapientissimi et religiosissimi viri vel fecerunt ipsi vel permisere fieri, nos negaces et ad ludibria nati destruimus? Sed cœrulea stylum, frenabo spiritum; quia ipse magno in san-

ctum Aldehelmum obsequio offensam cæterorum vel lenivit vel delevit. Cujus tamen sanctitatis ambigus et incertus primo fuit; quia non ejus votis ad mirabilorum exhibitionem famularetur. Verum tamen occurrit labanti pietas sancti et [s. ui] dubietatis nubilum deponeret, certitudinis lucem insunderet hoc facto.

Quidam Wechtæ insulæ indigena arte piscandi victimum transigebat, apud suos qui ejusdem artis erat non ignobilis, honestam supellectilem domi conflagaverat. Hic igitur dum una dierum jam sueto insuderet muneri, flatu ex adverso spirante, densissima orta nebula os oculosque remigantis opplevit. Ita prospectu adempto, primo quidem risit, subitam diei caliginem cito recessuram opinatus; sed magis magisque crassescientibus tenebris veram cæcitatem intelligens, miseriam suam sociis per oram littoris idem negotium agitansibus clamore pronuntiavit. Illius ergo calamitas cæteris indixit piscandi ferias: dimissaque præda quam creperant, omnes uno nisu ad eum littori restituendum laborant. Expositus ripæ ad manus tractus domui sistitur. Res acta materiam sermoni dedit agrestium. Conserunt inter se, et ventilant quis fuerit ille flatu fortuitus vel diabolus, qui insolenti piscatori diem irripuerit, noctem aduluxerit. Ille lumine obducto ad singula illacrymans, fortunarum suarum medelam indefessum sciœtitatur. Responsum est, humanum desperari auxilium; ad Dei et sanctorum patrocinium consugiendum. Id adeo peropportune in ecclesia Christi, de qua supra dixi, posse fieri; quæ ab ea insula in continentem minimo trajectu abest. Probato consilio cæcus cum sociis concendit lembum; quem pari moderamine nisus remorum et prosperitas ventorum continuo alteri ripæ intulit. Ibi ergo perpetuo triennio cæcus sanitatem desiderans trivit operam. Differebat Dominus Jesus salutem, ut irritaret ardorem, essetque remedium jam tandem acceptum eo gratius quo fuisset dilatum diutius et desideratum molestius. Consumpto triennio procul ambagibus monuit eum per somnum cœlestis visio; ut si cordi esset sanitatem recipere, Meldunam non pigraretur pergere. Ille letæ spei plenus prorumpente in lucein die fortunatis successibus institit: comiteque prævio, qui titubantes gressus regeret, ad locum venit. Ibi per vii moratus dies, divinum operiebatur promissum: interimque precario victu inonachalis eleemosynæ sustentabat inopiam. Adveniat dies dominicus idemque octavus; cum ille in ecclesia crucifixo prostratus, non se vana somniasse persensit: sereno luminum recepto, erumpenteque et distillante ex oculis sanguine, sicut mulgentibus mulierculis solet ex uberibus pecudum copiosi lactis linea profluere. Laxat homo clamorem in gaudium; postulatoque vase, ne sacrum pavimentum cruaris sentiret injuriam, quod defluebat exceptit. Factum illud coram simili populo palam monachis omnibus, magno apud Normannos ad honorificentiam fuit incremento. Insulanus contemptio, quo

A periculum oppositum tentabat, bacu'o, viam expeditus regrediens, consuetos lares repetiit.

Hoc viso cum nihil abbati excusabilis cunctationis esset reliquum; ad colendam pretiosissimi confessoris honorificentiam sue mentis excitavit industria. Quia enim temporum turbine sedate nihil hostile metuebatur, visum est rationi convenire ut sanctus claustrum egredetur lapideum, in quo inclusus fuerat pro timore Danorum. Indignumque erat, ut ossa lapis in solum premeret, quæ miraculorum gloria [in] coelum efficeret. Intendebat igitur ut mausoleo eruta locarentur in scrinio. Et ut res religiosa ordinatus procederet, triduanum provincialibus indictum jejuniun. Tum ipsa die Pentecostes adjuncto sibi Serlone abbatte Glocestrense, B accedens ad tumulum, impedimenta sustulit, lapidem submovit, conspectoque interius quod et os simi constaret integratas et res vera narrationi monachorum faveret, iterum usque in octavum reclusit diem, quo ejus exspectabatur natale. Paschalis enim lunæ varietas festum circumagens modo ante Pentecosten, modo post celebrari compellit. Aderat spectaculo adjutor operis et colleuator oneris monachus Hubertus nomine, antiquo intraneorum laborans incommodo. Tunc quoque solito gravius inborruerat, cum curiosius inspectantem reliquiarum fragrantia in ora reverberans re:ro compulit. Ex odore salus per ossa cucurrit, et penetratas medullas infecit. Nihil ulterius monachus usque ad diem sensit obitus, quod quateret vitalia, quod turbaret viscera. Quod cum illius crebra relatione crebuerit, tum præcipue cæterorum qui eum saepè antea gravedine morbi pene anima pericitatum vidissent. Sequenti ergo dominica, ascito viro venerabili Osmundo Seresberiensi episcopo, cœptæ rei manus suprema imposta, ossa in scrinio decenter immissa, lætitia plebi effusa. Ex quo die tot ibi facta miracula, quot scribendis nulla facultas eloquii suppeteret; quæ vel sub oculis sunt fusa, vel privatis necessitatibus sensa; quorum hic sub ope Christi aliqua poneimus, quantum operi suscepto congruere videbimus. Facta est autem haec secunda translatio, postquam a beato Dunstano reconditus fuerat, anno nonagesimo secundo; post transitum ejus trecentesimo sexagesimo nono, ab incarnatione Domini 1078, post adventum Normannorum decimo tertio.

Colonia est civitas maxima, totius metropolis Germaniae, conferta mercimonii, referta sanctorum patrocinii. Ilujus urbis civis infortunio magis quam industria fatidicii reus, multis annis occuluit factum, quod esset clam hominibus. Sed enim, ut Augustinus ait, mens mali conscientia ipsa sibi tormentum est; anticipatque vivens mortuorum supplicia. Depascebatur ergo miserum animum labes reatus, et præsentes imaginabatur inferos. Quapropter tandem aliquando exulcerata conscientia vulnera detexit medico Annoni ejusdem urbis archiepiscopo, viro in primis severo: qui cum in reum, quantum

atrocitas facti exigebat, inventus esset, lenes immonitiones adjecit. Praeclarus et evangelico exemplo, ut primum vinum vulnerato infunderet, quo purulentos recessus ablueret; deinde oleum adjiceret, ut spe remissionis peccatorem leniret. Septennem ergo paenitentiam indixit; ut sanctorum ecclesias circuiret, ferro brachia vestiret, quæ parricidiali ausu cognatum hauserat sanguinem; ut quæ fuerat auctori ad culpam, esset punitrax ad paenam: inediae et taciturnitati assuesceret, spe boni graves labores falleret. Duraret ergo; futurum olim ad gloriam, quod interim presumebat ad veniam. Facit imperata paenitens; crucis præterea nonnullas adjiciens, quadamque hostilitate vini corpori suo ipse conscientis. Romain adiit, Hierosolynam penetravit: magnum et insigne tunc temporis facinus aggressus, quia nondum semitas illas Christianorum nostrorum virtus pervias fecerat. Ibi dum vix admissus ante sepulcrum oraret, lorica in fragmenta Dei virtute dissipauit. Regrediens totam circuivit Europam, multis periculis terra marique jactatus. Laborum meta fuit cœnobium nostrum expeditum. Eo loci dum pronus ante beati confessoris mausoleum jaceret, veniam emeruit. Pulsabat violentia orationis carum, intravit sidera, traxit a superis auxilium; vincula brachiorum evoluta sunt, ferrum altius excussum et longius xv pedibus projectum, paenitens anima languente astuavit. Sed ubi latice aspersus frigido resumpsit, Deo laudes, Deo grates omnibus qui aderant concinentibus persolvit. Nec vero de miraculo dubitare poterant, cum eum antea multis diebus stipe monachorum pastum et dirissime vinculatum nossent.

Interea patientia lectorum turbari non debet; si uniforme miraculum in diversa persona exhibitum diversi styli tenore apponam. Recenter factam sanitatem in claudio, qui esset ætatis proiectæ, descripsi; nunc idem subjiciam de puer. Folkwinus pusioni nonen, quem imperfectum alvus materna effuderat. A superiori parte ad cingulum homo, cætera vel quadropes, vel nescio quid enuntiem, erat. Suræ crurum flexibilitatem naturalem negantes, ita pertinaciter adhaerebant natibus, ut divelli nequarent. Denique quidam, quos aut livor aut incredulitas agitabat, manus mittebant, ut dividua facerent, quo miserum puerulum ingenti affliciebant incommodo; qui horrendos stridores ejiciens sæva pulsatoribus imprecabatur. Videbant eum innocentem curis vacuum, cachinnis et ludorum frequentiæ inhibere; hærebantque incerti an pedagogi documento contractionem singere nosset, ut eo commento majusculari stipem miserantibus detraheret. Verumtamen cum, ut dixi, suisset irrita tentatio; credulitati et miserationi aliorum accesserunt. Ad diderat ille ad duo lustra vel tres vel quatuor annos; quanto ætate proiectior, tanto obstinatus rigesceribus nervis ambulandi impotentior; maximeque urbis, nam apud Meldunum pascebatur a monachis, miserationem movebat. Quod si qualibet

A reptare intenderet, luto viarum crura impeditus loco hæceret; palpitarbatque in cœno, et replebat auras quæstibus, quo ad al' quis miseratione infractus miserum ulnis efficeret. Hanc invisi rigoris compagm Aldeamus post duos annos revelationis secundæ dissolvit. Jacebat in natali ejus, quod die primo Pentecostes fuerat; sed procrastinatum servitum die secundo siebat. Jacebat, inquam per retro chorum, levemque carpebat per membra corporem. Monachi nocturnis expeditis, laudes matinas ingressi fuerant. Cantabantur versus ad sacrum ejus tuinulum frequenter: *In l. m. s. q. m. l. g. restituuntur.* Videl interim ille personam sibi clementer assidentem, quæ nec staturam justam excederet, et minimos superexcelleret: mento et crine

B cano, vultu qui nihil minaretur asperum, sed polliceretur commodum, vestitu et baculo qui pontifices simulareret. Hæc [*l. Hic*] igitur, ut dixi, assidens cruscula videbatur leniter palpatu sensim in directum ducere, et naturæ restituere; et pulchrum in modum cernebatur ab astantibus dormitans crura extendere: audiebantur nervi crepitare, sicut tumultuantur digitorum juncturæ, quando al' quis manus suas violentius conatur protendere. Miraculo ergo vocibus monachorum consono somno excitatus, in pedes Folkwinus consistit, facile coactu, mirabilis nisus; continuoq[ue] letitia puerili, constanza virili, cursu incepit ante altare procumbit. Tum populus miraculo plaudens certatum accurrere, oblationes sanato conferre, sancto accumulare. Hec signum tantum habuit miraculi; ut abbatis qui absens in curia regis esset, litteris citatis illud ingenerent monachi. Quas cum ille Lanfranco archiepiscopo monstrandas putasset; vir illustris scientie merita confessionis ex prodigio metiens, legem in totam promulgavit Angliam; qua eum incutueranter haberi et coli pro sancto præcipieret. Statimque annuales ad festum ejus institutæ sunt nundinæ, ut quos non invitabat confessoris sanctitas, vel mercium advocaret aviditas.

D Illud fuit tempus, quo vir reverentissime vita Osmundus ejusdem diœcesis episcopus reliquias sancti flagitabat: decere putans et prædicans, et probatissimi antecessoris communicaret exsvus; fructuogum id sibi, gratum sancto, qui parvo integritatis suæ dispendio novos honores, magnos fatigares mercaretur. Sed nec abbas Warinus difficultis fuit impietratu, qui se ad consentiendum ratione docuiderat. Datuim itaque præsuli os brachii sinistri; quod ille maximo semper habuit et amori et honori. Denique opera sumptuosa et arte studiosa thecam paravit argenteam, qua illud induceret. Aderat dies Omnium Sanctorum operi destinatus, cum inter agendam memoriam præsulis subivit archidiaco*sui* Everardi valetudo, qua ille medullitus decoctus decumbebatur. Mandatum igitur viro ut se quotibet ingenio ad Ecclesiam premoveri ficeret. Paret ager, locumque adit; famulis in Dominum ut in corpus exanimè succollantibus. Neque enim ipse per se vel

pedem vel quodlibet membrum præter linguam naturaliter posset movere obsequio. Pallorem vultus et debilitatem corporis totius perspiciens episcopus, nonnihil a spe sanitatis ejus defecit. Sed mox ad cor regressus, præteriorum virtutum fmitate fidei rapuit flammam. Quin et in pectus agroti adhortationibus suis credulitatis scintillas excussit, ne dubitaret se sancti virtute posse sanari. Effectus ergo rei addidit robur fidei; et utrique studiis suis convenientem exitum sortiti sunt: alter sacrati ossis intinctu conditum porrigo laticeum, alter cum potu pariter glitiendo salutem. Quæ ut ambiguitate carens testator esset; ad eamdem missam super Alleluia cantantes vocale organum, qua excellebat arte, insonuit, non impar socrui Petri, quæ Domino sanatori exhibuit sedulitatem obsequuli; nisi quo! illa precibus aliorum sanitatem meruit, iste fide sua exigebat.

Ejusdem antistitis alter erat archidiaconus Hubaldus, vir qui liberalium artium non exiguum experimentum cœpisset, sed pro titubantia oris parum eas audientibus expediret. Hic familiarem clientelam sancto devoverat; quod quondam Melduni in festivitate positus, ejus opera de gravi morbo sanatus fuerat. Namque cum infesto colli et scapularum dolore premeretur, qui somnum negaret, cibum subtraheret, solo tactu feretri, quod cernuus subierat, sanitatem, ut sic loquar, suratus est. Hunc enim morem frequentant ædilii, ut post processionem ita ex transverso valvarum coaptent scrinium, ut nisi humiliato corpore nullus patenter invadat ingressum. Ibi quisquis fide plenus accesserit, quocunque optat, rapit; nec fere unquam aliquis exsors voti recedit. Cerial autem fides offerentium, ut pro uno nummo vel obolo feneretur apud sanctum multorum summa votorum. Ideo ergo archidiaconus Hubaldus Salesberiæ manens, eadem qua superioris ægritudinis molestiar ingeñiebat; excesseratque antiquas metas dolor, ut non solum collum et scapulas, sed et brachium usque ad extremitatem unguium tam pertinaciter urgeret; ut nec manum ad os ducere, nec cuiilibet usui aptare prævaleret. Erat tunc dies Ascensionis quo per totam Christianitatem paratur processio accurate solemnis. Proferuntur reliquæ ex conditoris: statim brachium beatissimi Aldhelmi ferendum cum ceteris. Visio brachii oscitantem diaconi robavit fidei, dormitatem revocavit memoriam; ut ejusdem, cuius quondam merito se liberandum ab eodem consideret incommodo. Episcopum ergo supplicibus ambivit precibus, ut esset per processiōnem lator brachii, quamvis id parum sui interesset officii. Crederé se, quod pia sarcina vectatio ad promovendam salutem magno accederet emolumento. Ille tantæ fidei gratulans, simulque magnopere sanitatem desiderans, qui et ejus necessarius et non perfunicorie, ut dixi, esset litteratus; sua manu de altari sublatum illi commisit bajulandum. Incredibile fortassis videatur quod dicturus sum;

A nisi nobis in talibus Aldhelmi operibus assuetis. Statim quippe ut archidiaconus instruē manus digitos ad contingendas reliquias aptasset, dolor brachii diffigit, gravedo scapularum evanuit, malesana superbia colli resedit. Jamque dicturam, jamque in vocem gestilem prævenit interrogatio episcopi: quid ita vultu remideret? respondit Hubaldus favorabilia, quantum illa permittebat latititia. Diu in laudes effusus, diu in præconium sancti moratus.

Hæc sunt Aldhelmi opera quotidiana, hæc sunt virtutum ejus profudia. Quæ si parva quis dixerit, sic quoque laudabilis Patris nostri pietas apparebit; quem videmus non fastidientem in minimis, cum sciamus, cum potentem in maximis. Quanquam haud scio an inferioris virtutis sit quotidie exhibere facilia, quam sonet ostentare pergrandia.

Defuncto abbati Guarino successit statim ad xv dies Godefridus; qui fuerat Gemmeticensis monachus. Ejus tempore et industria multum adolevit honos Ecclesiæ, aucta religio, ornamenta facta plurima, quatenus tantula facultatis homo, tam occupato tempore poterat. Libri conscripti nonnulli, vel potius bibliothecæ primitiæ libatae. Quod studium si prædicto, videor id quodam meo proprio juro facere; qui nullis majoribus in hoc præsertim loco cesserim, imo nisi quod dieo jactantia sit, cunctos facile supergressus sim. Sit qui modo parta conservet; ego ad legendum multa concessi, probitatem prædicandi viri in hoc duntaxat æmulatus. Ipsius ergo laudabili cœpto pro virili portione non desui: utinam sit qui labores nostros soveat! Monachi qui vulgares tantum litteras balbutiebant, perfecte informati. Servitium Dei institutum liberaliter, actitatum instanter; adeo ut monasteriorum nullum per Angliam Malmesburiensi excelleret, multaque cederent. Aderat ipse in primis, discedebat cum ultimis; civilitate demulcent bonos, austerritate territans reos; ad iram pronus, sed quam dulci responsione compescere vel frangere statim posset ipse, qui excitasset. Frugalitate sobrius, et ut dicebatur, nimius: ut qui saep quantum ad se uno contentus ferendo, non temere nisi semel inter prandium et coenam biberet. Lautiarum appetentissimus, ut qui nihil nisi exquisitissime accuratum mensæ suæ inferri pateretur. Integerrimi post abbatiam cœlibatus, ante nonnulla infamia respersus, uno et ipso immanni commisso infamis. Nam cum Willelmus rex junior importabile tributum indixisset Angliæ, quo Normanniam a fratre Roberto intendebat cinere, Godefridus ut suam partem ex facili componeret, thesauros Ecclesiæ, quos antiquorum cura coacervarat, fœde distraxit, pessimorum usus consilio; quos nominare possem, si peccantium societas crimen alleviare posset magistri. Enimvero facinus, quos inquinat, aquat. Denique die uno xii textus Evangeliorum, viii crucis, viii serinia argento et auro nudata et exerustata sunt. Sed pulchre contigit, quod penuria cupiditate frustrata non

sufficit voluntati. Quippe non plus quam **LXXIIIA** marcas repertae. At vero nocte sequente visus est videre hominem terrifico vultu et gestu in se impetum facere, et aquam præservidam cum urceo in faciem jacere. Quo terrore somno exsusus, brevi consecuta pena veritatem somnii persensit. Siquidem primo faciem, mox totum corpus morbo nefando, morbo regio correptus, extabuit; non illo quod initior, sed illo qui cæteris deformior pustulis per totum corpus protuberantibus ex humorum pessima melancholia procedit, familiari et omnibus consueto, sed consuetudine ut diu quidem injurias portet, sed cum semel decreverit non portare injuriatorem suum, toti mundo spectaculum exponat. Id in multis factum risimus, in multis faciendum anhestante spe præsumimus. In defuncti corpore inventus **B** est circulus æreus, qui totum ventrem ambierat, jamque cute superducta, vitalia ipsa penetraverait; qui cum pro miraculo efficeretur, populo processit monachus, qui fuerat a secretis, dicens ferreum circulum eodem modo impactum non multo ante virtute divina effractum; quapropter æreum appositum ut si venter protenderet ultra modum solitum, non esset voluptas sed supplicium, se sacramento astrictum, ne proderet quandiu ille vitalibus auris frueretur. Sed quia nihil tam bene sit, quod verbis depravari non possit, quidam illud malignis versibus carpsit ita :

Mortificare decet vitiis carnalia membra.

Non decet, ut ferro mortificantur ea.

Hunc naturali decuisset morte resolvi.

Quam quia prævenit, est homicida sui.

Cui totidem versibus responderi potest.

Imo decet quocunque modo cohibere cadaver.

Hoc exempla docent, hoc tenet alma fides.

Nec voluit ferro propriam conciscere mortem

Ferrec sed vitiis punere frena suis

Illi abbatia diebus non ita cavit [*f. cessavit*] a miraculis confessor pretiosus; imo eo magis ut videbatur, coruscabat, quo illis favoribili arridebat gaudio vir industrius. Quorum duo, quæ ponam, meam anticipaverunt in memoriam; cætera et vidi et vidisse juvat. In vicino mulier commanebat, quia non ita natales sordidaverant ut penitus plebeia esset, nec ita extulerant ut altum saperet; sed mediocris sanguinis fortuna mediocrem quoque superjectilem ministrabat. Ea post emensos pubertatis annos parilem sortita jugalem, sedula viri conciliabat amorem morum æqualitate, facie non aspernabili, secunditate alvi. Delectabat eos mediocritas sua; nec quisquam [*f. quidquam*] erat quod plus cuperent; quibus adesset et concordia intentum et sanitas corporum, tum porro affluentia victualium. Sed ut fere semper fit in rebus mortalium, interpolavit illa gaudia ægritudo feminæ; quæ contractis in toto corpore nervis primo per domum testudineo gradu repens, mox lecto prona decubuit. Hoc morbo decocta quinquennio, quidquid necessariorum domum corrasisse videbatur, vel in stipem vel in medicos consumpsit. Cumque frequenter exhaustionem nulla

suppleret adjectio; ad inopiam etiam diurni panis domus quondam accurata defecit. Quocirca famæ advena veteribus deturbatis colonis novos induxit. Dedit ergo repudium feminæ maritus insidus et transfuga conjugalis affectus; qui vitem haberet fidem, parviprenderet amorum consuetudinem. Ita illo migrante et foedo mercimonia domos suas causa cùm oppignerante, aliena sustentabatur misericordia mulier ægra. At vero Dominus clementi eam tandem respectans oculo, tali per visum confortavit oraculo: *Si vis sanitatem recipere, vade ad Meldunense monasterium; ibi per sancti Aldelmi merita quod precieris impetrabis.* Illa vocem auditam, cuius auctoritatem non vidieset, ad omen bonum interpretata, excusit soporem, agilique motu membrorum malum priori gravedini decessisse gavisa est. Tentatoque per ambitum donus gressu, sed parum promovente, carpento imponitur ad abbatiam trahenda. Illic ergo paucis diebus ante festum venit in spem bonam erecto animo; moxque quilibet confortam perrumpens multitudinem, et ante altare cubitans, perfectam sanitatem a sancto reposcebat; cuius et sponsionem ex somnio, et arrhas ex membrorum motu accepérat. Nec illi precum violentia et inconditus clamor fuit fraudi, sed apud homines laudi, apud Deum et sanctum celeri et integre saluti. Quia potita tot habuit non simulati miraculi testes, quot fuerunt vel e vicino cives vel e longinquæ agrestes. Ea postmodum feliciter et diu vivens legalis judicio placiti desertorem connubii in amplexus **C** suos transduxit. Libens quoque ille legem accepit; quod uxor nulla unquam penuria, nulla cugislibet petulantis instantia pudicitiam prodilisse audiebatur.

Eiusdem imo gravioris contractionis miseriam patiebatur citra nubiles annos puella Pukelicore, quæ dicitur, villæ indigena. Siquidem spina curvata dorsi, genas pene in genibus habebat. Tum præterea genua flexa quasi in conum, nec scabellis, ut plures id genus debiles, repere, nec quoque nisi alterius manibus subvectaretur, progredi poterat. Sextus erat ægritudinis, duodecimus ætatis annus. Accreverat cum ætate debilitas; dimidiaverantque dies puellæ salutis et incommoditas. Tum frater qui ei esset uterinus, germanæ infelicitatis miseratus, cui cumulus inopie necessariorum addebat pondus, vehiculo impositam ad Meldunum adduxit. Id semel, id secundo, sicut se annous orbis torquebat ad festum. Frustra fecit; nam illa et primo et secundo expensis sanitatis, exors petiti munerus remeavit: non quod pietas sancti segnis fuerit, quæ omnibus se cum fide appellantibus prompta facilitate accurrit; sed credo, seu quod deferentium credulitas titubaverit, fides friguerit: illa enim ætas quid credere, quid discredere nosset? Seu ut miraculum de pusiola testatus vulgo esset, quam toties advectam, toties reversam urbs ignorare nequiere. Tertio igitur anno attracta, tertiam quoque precum instantiam inaniter expedit. Quapropter cum tedium et infidelitas fratrem effugasset, remansit illa ad Dominicam Ascensionem,

qua tertio die festum nostrum exceptura erat. Adveniat ergo dies Domini Jesu triumpho solemnia, in qua vel saepe, vel semper aliquid egregii operari non renuit patronus insignis. Nam tunc scrinium efficeret in populum; et occiduntur fores, ut dixi, ne quis ingrediatur ecclesiam, nisi sub eo humiliaverit dorsi spinam. Ita pro more bajulantium obsequio exierat ecclesiam corpus; sed remansit cum infirmitate mirificus et sanitatis largitor Spiritus. Jacebat illa ante crucifixum solo æquata; hauriebat auribus latos euntium strepitus, eo [i.e. id.] quod magis peretus succuliebat fletibus. Alienum gaudium genuinabat illi dolorem suum. Confestim ergo divino medicamine tacta surrexit, et devoluto genuum rigore, erecto tergi sinuamine, obviam gratias actura sancto redeundi prosiluit. Quis referat quot fuerint plausus latitantium, quot voces attestantum? Ego vidi, cognovi; ista est illa contracta; modo sanatur.

Sed minus est audita depromere, nisi studeat et stylus ea apponere, quæ nobis donavit Deus videre. Quod cum fecerit, nihil minus, lector, si æquus arbitratur est, nec studiis partium agitur, credere debet, quam sibi credi velit, si aliquid insigne diebus suis factum vel scripto vel verbo narraverit. Nec vero, ut puto, quisquam dicet me vel oculis meis non debuisse credere, vel visa pro Dei laude non debuisse scribere. Illud enim fatui et increduli, istud superbi et ingratissimi esset. Videor sane compatriotis sanctis non modicam præstissem gratiam, sed et dominum et patronum meum non inbonorum reliquisse, qui me hactenus et vita ut possem, et scientia ut nossem eum laudare, dignatus est. Vir plane multarum virtutum laudandus insignibus, quem antiqua philosophia votis suis æquare non potuit. Denique minus fuit quod illa faciendum docuit, quam quod iste gessit; majorque ambitiosi eloquentiae mendacio simplex veritatis fides. Cujus viventia quæ fuerit in Deum devozione testantur post obitum facta miracula; quorum ut crederem veritati, exegerunt ipsa quæ vidi. Merentur enim de presentibus fidem facta præterita, et confirmant antiquorum relationem signa recentia.

Producatur in medium Ermulfus de Hales linge, vir interoptimates Angliæ opinatissimus, mirus agriculturæ solertia, ad munificè sublevandam pauperum inopiam, decimaru[m] ita curiosus, ut si horreum non decimatum jam intaxatum esset, omnia ejici et incunctanter decimari juberet; expertus non semel eo sibi per divinam gratiam rusticos proventus augeri, quo studiisset nullam fraudem decimationis fieri. Ilijus manus pessimo gravabantur morbo, adeo ut praeter ulcera nigra sanie stillantia tremulo sinuamine jocarentur nervi. Nec ergo eas polerat ad aliquod officium ducere; nec quod dictu quoque pudendum sit, earum usu ciborum reliquias abstergere. Sua ergo penuria cibabatur, sua verecundia diluebatur manu aliena. Insumpsit quocirca consilium ut Meldunum pergeret, experturus ibi tunc eujusdam Gregorii probatissimi medici operam; qui cum omnes artis

A machinas pro præcepto abbatis Godefredi simul et favore hominis mercando incassum adhibuisset; tandem fatis relinquendum dixit morbum incurabilem: boni viri functus officio, ne infirmum inhibantem saluti frustra donis emungeret, pecuniis exinaniret. At vero abbas aliquid de miraculis sancti tentandini ratus, balsamum, quod in sepulcro inventum fuerat, afferri et ei manus inungi imperat. Quam speciosa res! Statim ut pretiosi liquoris gutta manum attigit, nervorum tremor riguit, fluida tabes exaruit, et, ne longum faciam, paucissimis post diebus totus convaluit. Satisque constat illustri viro per hoc miraculum devotionem accresisse, adeo ut despecto affectu necessitudinum, despoto cumulo divitiarum, Hierosolymam desperato reditu profectus sit.

Inter religiosorum multitudinem ad festum viventium [i.e. venientium], nebulonum quoque se immergit copia; qui facili compendio victimum mercantur, dum excoigitatis salibus audientium cachinnos eliciunt; quorum unus me pueru[m] venerat, præter ceteros ludo mordente facetus, obscenos quoque gestus imitari peritus, si quando verbis minus [i.e. mimos] agentibus destitueretur. Hic beati scrinio foras portato impudens, quod importunum etiam relatu est, contra stetit; primoque nudato inguine incestavit aera, tum deinde crepitu ventis emisso turbavit auras. Id quanquam fatuis risum imperasset, monachis tamen in immanem dolorem venit; qui dolerent impune nebulone[m] garrire.

C Enimvero illis vindictam imprecantibus vicina non defuit auris confessoris. Vix cuius vestes demiserat; et ecce coram populo violento compressas dæmone, penas impudentiæ pendebat. Ita rotabatur in gyrum, ita spumabat in modum suis, quem latratus canum circumagit; ita crepitantibus frendebat molariibus, ut palam fieret, quod in illius ditionem transisset cuius instinctu tantum scelus inceptasset. Quare a sociis pie violentis correptus ad manus vellet nolle domum tractus est. Ibi ad postem ligatus, dum aliquid quietus meditari putaretur, ex improvviso erupit super convivas prandentes; mensam depulit, aliquos pugnis contudit, aliquos telis excerebravit, omnes effugavit; vasis, quæ apposita erant, pro armis usus. At vero socii, qui miserum non relinquendum putarent, in cuneum constrictum ad sepulcrum pertrahunt. Ibi tribus vigilatis noctibus totidemque jejunatis diebus, monachis supplicantibus et gemitiis suis alienam salutem mercantibus, sanatus est non solum dæmone, sed quod præstantius dicas, loquacitate perpetuo post hæc inmodestus et lenis: verumtamen oculis fellitis et minacibus, quorumque sanguinea intorsione nos pueros semper terraret, recordantes quod ante sanitatem sedens ad sepulcrum vultu intento in nos faciebat impetum, si aliud requiret, immundum ejactans sputum.

Mulier apud Kiligeham nata nebat die Sabbati vespero jam in occiduum declivi. Admonita a consi-

dentibus, ut reverentiam Dominicam dici habens ferias ficeret; non solum non paruit, sed etiam illas arroganter notavit, quod se necessariis inservientem arguerent, et stultae segnitici, quod non idem ficerent. Dictum secuta est poena; continuoque in solum prostrata altera corporis parte permortua, minimum defuit quoniam exanimaretur. Sed ubi frequenti aqua jactu spiritum resumpsit, agnovit culpam, deflevit serumnam, oravit veniam. Verumtamen non sic facile indulgentiani rapimus, ut reatum committimus; quia voluptas quidem avolat et transicit, sed peccatum pertinacem radicem infigit. Quocirca semina baculis utroque latere sustentans gressus in vivo cadavere jam pene sepultos, multorum sanctorum patrocinia annis pluribus circuivit. Sed cum, ut sibi videbatur, ubique laborem inanem trivisset; tandem auditis miraculis beati Aldelmi, Melodunum contendit. Praevenit adventus ejus dies Quadragesimæ, quibus totis in ecclesia communens, nec usquam nisi semel in die progrediver, molem peccatorum attenuabat inedia. Jam Paschalis lætitiae favor menies mortalium hilaraverat; jamque secundo die peregrinos agebamus. Cantabater ille versus, quo Fulbertus Carnotensis episcopus pulcherrima disjuncta [videl. dilemmate] Iudeos convenerat, ut aut sepultum reddant Christum, aut resurgentem adorent. Cum illa ante crucifixum baculis innixa stans, gravi præter solitum ad terram ruina pavimentum allisit. Accurrere plerique, volentes prostratam erigere; quod reverenter, ne casus importunus paralytice membra effregisset. Cæteri quibus sanius consilium erat, prohibuere, dicentes exitum rei Deo qui probe dispensandum nosset, commendandum. Sursum ergo cordibus erectis intenti ora tenebant omnes; cum illa scintillantibus oculis, nictantibus digitis, omni corpore surrexit incolumis. Quæ miraculi certitudo civium, qui eam pro diuturnitate convictus integre possent, in laudem Dei et confessoris ora laxavit.

Cœna est vicus Meloduno ad x milliaria proximus, territoriis abbatis et vici collimitantibus. Ilujus indigena vir, vocalis officii expers, eodem anno, si bene teneo, ad festum venit, regioni ob insigne calamitatis notissimum, mukisque probatus experimentis, quod esset vere mutus. Siquidem præses provinciae hominem tormentis plus quam semel adegerat, ut vi extorta confessio quod simulatum esset in veritatem esseret. Sæve quidem ille, sed severitatem exigebat quorundam miserorum simulatio, qui ad Dei et hominum iudicium quemlibet efflingunt morbum, ut hoc figmento emendicatis nummulis lacunam impleant ventris. Edebat ergo ille inter supplicia rugitus miserabiles; et spiritu contribulato, qualem Dominus diligit, suem serumbarum optabat. Quamvis igitur lingua ineflicax, intellectu tamen perspicax, frequentia populari ad

A festum festinanti se immiscuit. Et primo quidem ante majus altare soli videre datum pontificem juxta basim altaris spatiante, conniventis vulnas lætitia monachos cantantes perstringere. Quod ille cernens, cæteris, quorum visus perspicuitatem molles peccatorum obruerat, digitorum nutu et immunitis rictu ostendere nitebatur. Sed cum verborum effectus loqui volentem fraudaret, nec illi divini essent ut intelligerent, sicut indignabundos in criptam, quæ tunc erat novi operis, se proripas. Ibi cum idem videret, magnoque conatu in sermonem gestire, monachus, qui aderat, aliquid divinum præsagiens, digitos brachii beati Aldelmi ori clamantis immersit. Tum vero ille pro sanctorum digitorum reverentia longe reductis denuobis, productis ab imo suspiriis, ingenti nisu frustulentam offam carnis cum sanguine pariter ejecit et voce: *Domine sancte Aldelme, adjuta me.* Illa vox expedita extunc et deinceps sermoni felix dedit auspicium; aliquantosque postea duravit annos inoffense locutus, nisi quod per angustum meatum fauciua rauiori sono modulabatur organum.

Eiusdem vici non indigena sed incola semina, lucis inops, postero anuo in solemnitate Patris Aldelmi lumen per duesdeviginti annos amissum recepit. Causam excitatis, quam nescio, nolo conjectare, cavens loquacitate me legentium fidem fallere. Illoc constat, quia cum ante crucifixum stare, flavo crine in terga soluto spectabilis, sed tenebris oculorum deformis, crebris punctionibus orbis luce vidui cœpere moveri. Quibus mulier irritata, primo levi fricatione cruentem emisit, sed cum majori pruriti atrociore unguum injuria satisfacteret, copiosori profuente; unde postulata cruentem exceptit concha. Illa expeditis obstaculis, concavitatem senestrarum serenum illustravit luminis. Tunc afflues veracissimi, qui adessent, homines et plausere miraculo, et usque nunc eam stipendiario sustentant commido. Illa sanctioris habitus professa vehamen, nullo fraudatur visus dispendio, nisi quantum prædictio ætas accedit senio. Vivit ad hunc, quo ista scriptitamus, annum, qui est ab incarnatione Domini 1125, a transitu sanctissimi confessoris quadragesimus decimus sextus, in regno Henrici regis xxv, falsiorum qui monetam correperant per totam Angliam detractione notabilis, propter eamdem perinde falsitatem, annona charitate et edaci fame, tuu præterea indiscreta vulgi elade infamis; eminentissimorum virorum mortibus funestus, præsertim Calixti papæ, et quinti Henrici imperatoris Alemanniæ; quibus nulli unquam præstantiores fuerunt in officiis utrisque; tonitribus et fulminibus per omnes menses infestus, imbrum continuatione nullo pene intermissione die, aestivis etiam mensibus pluvius et luteus